UNIONES JURIS ANTIQUI, EX DIGESTORUM TITULO DE DIVERSIS...

Francesco Guidotti




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 L
17

UNIONES
JURIS ANTIQUI,

ex Digestorum titulo

De Diversis Regulis, &c.

concinnatæ ad juris objecta, & admotæ

IMPERIALIBUS INSTITUTIONIBUS

JUSTINIANI

Pro

MAJORE TYRONUM fructu.

AUGUSTAE,

Sumptibus GOTTLIEB GOEBELII.

Typis JACOBI KOPPMAIERI.

Anno 1672.

GENERE, ET VIRTUTE
ILLUSTRISSIMIS ATQUE GENEROSISSIMIS BAronibus ac Dominis:

D. PHILIPPO CONSTANTINO WILHELMO L. B. DE Taxis, &c.

D. CAROLO FRANCISCO,

ET

D. CASPARO ALBERTO, LL. BB. de Lerchenfeld, &c.

Dominis ter Colendis:

UNIONES JURIS ANTIQUI,

perenne monumentum animi unicè devoti:

D. S. Q.


FRANCISCUS GUIDOTTUS
Bononiensis, Doct. & Prof. U. J.

 Affectus

AFfectus ille erga me aureus, quem vestra mihi conversatio, quasi Lydius prodidit. animum adeò perstrinxit meum, ut cum par ex meo referre non possem, è Pandectarum sinu Uniones legerim, quas VOBIS in ornatum Iurisprudentiæ vestræ offero, non quod eo mundo caruerit antea, sed quod non ita in apparatum Institutionum ordinato uteretur.

Regulis enim secundum juris objecta digestis illa potissimùm è commentarijs Doctorum nectenda & proponenda duxi, quæ facili tyronum profectui conducere videbantur. In quo finem meum si consequar, & hæ lineæ margaritarum legalium VOBIS erunt acceptæ, gratulari mihi potero, quod novitius gemmarum mango operam non perdiderim, & pretium benevolentiæ apud VOS inve-

venerim; qui perlustrantes Italiam, non Mercurio magis quàm Astrææ facitis, ut ætate atque virtute florentes, expectationem Parentum ac Patriæ exoptatâ maturitate recreare cum fructu & honore possitis. Cedant omnia VOBIS prosperè Minervâ Gratâ Jovis duce, & perennis mihi vester favor.



CUPIDIS LEGUM

Tyronibus Franciſcus Guidottus.

AD aperiendum clauſtra, ſub quibus legum theſauri, plures VERBORUM CLAVES ſubminiſtravi: jam nunc REGULAS, ſecundum tria juris objecta ordinatas, tanquam baccatas gemmarum lineas, ut ex ijs facile in divites Juſtinianeos evadere poſſitis. Siquidem non ſine labore, multóque tempore adquiruntur divitiæ parvæ, *Pluth. cupid. de divit.* Dos omnis UNIONUM eſt in orbe, lævore candore, pondere, & magnitudine. *Plin. lib. 9. c. 35.* Quæ ſingula etiam in regulis conſiderari poſſunt: nempe

pe


pe orbis in brevitate, lævor in facilitate, candor in ratione, pondus in uſu, magnitudo in ampliationibus & limitationibus. Circa quæ præmonuiſſe ſufficiat. Me brevitati & facilitati conſuluiſſe, quatenus obſcuritas & tædium evitari queunt, *juxta Juſtin. in §. 7. De concept. Digeſtor. & Hor. de arte: brevis eſſe laboro, &c.* Rationes attuliſſe, vel directas, vel obliquas, eaſque aut receptas, aut perſpicuas, aliis neglectis. Quia in legibus magis ſimplicitas, quàm difficultas placet. *Juſtin. §. ſed quia 7. I. De fidei com. hered.* Et is docet, qui cauſas dicit. *Ariſt. 1. metaph.* quarum tamen non admodum ſoliciti fuêre veteres. *V. Cuiac.* 17. *obſ.* 15. Oſtendiſſe pondus, cum maximè in quibus vindicent ſibi locum appenderim. Ampliationes & Limitationes ferè

reliquiſſe, & prorſus objectionum & reſolutionum nodos, ne confunderent & officerent. *Iuſtin.in§.2. I. De I. &I.Hagendorp.in conſil. diſc. jur.c.4.cum ſeqq.Caccialupp. in meth. Stud.* Tamen attigi leges, indicavi Auctores, pauca perſtrinxi, non nulla obſervavi. *arg. §.10. &11. De Confir. Digeſtor.& præcit.Hor.Eſto brevis, ut citò dicta &c.* In quibuſdam judicium repoſco & diligentiam veſtram, quos non onerare, ſed ornare ad Iuriſprudentiam, mihi propoſitum: cùm non multa, ſed multum diſcere, & fieri fabros fabricando debeatis. *Iac. Marciani in l.legatis 65.§.3.De Leg 3.&Senecæ ad Lucil.2.epiſt.* Tamdiu autem diſcendum eſt, quamdiu neſcimus, & ſi proverbio credimus, quamdiu vivitur. *Senec. epiſt. 76.* Omnia tamen conſequi poterimus,primam

mo-

molestiam si superaverimus. *Eryc. Putean. cent. 3. epist. 54.* Quippe
Omnia conando docilis solertia vincit. *Manil. in Astronom.* & Regulæ nullæ magis prosunt, quàm usurpatæ. *Stengel. de bon. & mal. Syll. ad Lect.* Capessite & valete.





ELENCHVS

Capitum trium Classium, clementario ordine.

Prior numerus classem, posterior caput, demonstrat.

Con-

Z Li-

L

M

N

O

P

S Ser-

S

T

V

SCHE-

SCHEMA PRIMÆ CLASSIS.

DE PERSONIS.

Cum homines ex maris & feminæ conjunctione descendant. ideò

CAP. I. De nuptiis, cognatione divortio.

R. 30. Nuptias.
197. Semper in.
144. Non omne.
8. Iura sanguinis.
176. Non est. §. infinita.
48. Quicquid.

Qui nascuntur, vel liberi sunt vel servi.

CAP. II. De Libertate & Liberis.

R. 20. Quoties.
106. Libertas.
122. Libertas.
126. §. Locupletior.
179. In obscura.

CAP III. De Servitute & Servis.

R. 22. In personam.
32. Quod attinet,

107. Cum servis.
118. Qui in servitute.
133. Melior.
146. Quod quis.
157. Ad ea.
175. In his.
209. Servitutem.
211. Servus.

Liberi, vel alieni juris sunt vel sui.

CAP. IV. De Filiisfamilias.

R. 4. Velle.
93. Filiusfam.

Sui, vel in tutela, vel in cura sunt.

CAP. V. De Tutoribus & Pupillis.

R. 73. §. 1. nemo potest.
189. Pupillis.
5. in fi. pupillus.
111. parag. 2. Pupillus.
198. Neque in interdicto.

CAP. VI. De Furiosis, infantibus, prodigis, mutis & surdis.

R. 5. In negotiis.
124. parag. 1. furiosus.
40. Furiosi vel ejus.
124. Ubi non voce.

Personis quadam jura competunt, vel ex actibus inter vivos, vel ex ultimis voluntatibus.

CAP. VII. De possessoribus bonae & malae fidei.

R. 128. In pari.
126. parag. 2. Cum.
154. Cum par est.
131. Qui dolo.
150. Parem esse.

CAP. VIII. De emptoribus fidejussoribus, expromissoribus, & Sociis.

R. 156. Invitus §. 3. plerumque.
42. parag. I. fidejussores.
110. parag. 1. Nemo.
47. parag. si. Socii.

CAP. IX. De Creditoribus, & Debitoribus.

R. 1,8. Creditor.
66. Marcellus.
8 . parag. 1. I. B natura.

CAP. X. De Testatoribus & heredibus.

R. 7. Ius nostrum.
141. parag. 1. Vni duo.
59. Heredum.
194. Qui per successionem.
128. In pari. parag. hi qui.
193. Omnia fere.
138. Omnis hereditas.


6. Non

6. Non vult heres.
120. Nemo.
160. parag. 2. absurdum.
117. Præter.
192. Ea quæ.

Cap. XI. De Successoribus.

R. 54. Nemo potest.
177. Qui in jus.
149. Ex qua persona.
10. Secundum.
156. parag. 2. Cum quis.
143. Quod ipsis.

Anacephalæosis.



PRO-



PROLOQUIUM.

IMpoſſibile quia perhibetur, Regularum Juris inter ſe coherentiam, & connexionem talem facere, quæ in decem Categoriis (quas prædicamenta Dialectici vocant) conſtituitur: varii conati ſunt variè, illas in aliquem redigere ordinem. *Franc. ad R. 6.* Sed cum omne jus quo utimur, vel ad perſonas pertineat, vel ad res, vel ad actiones. *§. omne 12. I. De I. N. G.* & hoc ordine totius legitimæ ſcientiæ prima elementa nobis tradita ſint. Appoſitè tribus illis claſſibus tanquam ſummis generibus, quoquo meliori modo adaptari per capita poſſe videntur: ſic tamen, ut docendi ratio, & præceptum Juſtiniani Imp. obſervetur. *in §. 2. I. D. I. & I. & in §. 7. De concept. Digeſtor.* In quo, etſi mihi tantum non tribuo, ut quod cæteri non obti-

nue-

nuerint, id me putem assecutum. *Cuiac. in Ded. Not. ad Institut.* Tamen adjumenti non nihil adferre intendi: cum movear ab amore singulari profectus uberioris Studiosorum, præter illud naturale desiderium, quo homini prodesse vult homo, *ceu apud Cic. 2. De Fin.* Nec opus habeam, ut quæsitis lenocinijs pelliciam, vanoque fuco magonizem: cum gemmea & aurea hæc materia, illicium ex se habeat. Regulæ Ingenium sui brevitate delectant, memoriam non onerant, ad scientiam celerius perducunt. *teste Gloss. ad R. 1. hic & ad l. 1. Quod met. cau.* judicium etiam acuunt, modumque aliquem & rationem demonstrant, de rebus illicò respondendi. Hinc à Tuldeno, extemporalis Jurisprudentis titulo insigniuntur. *in diagrammate Comment. suor. adhib. tit.* Nam cum ad quamlibet controversiam, specialis quædam juris decisio statim non occurrit: possumus ex hoc locorum communium thesauro excerpere, quod propositam ad quæstionem faciat, ut quod juris est, quodammodo ex tempore

pore

pore respondeamus. *Grib. de rat. Stud. lib. 1. cap. 7. Bronch. hic in prolegom.*

RUBRICA.

GEnuina præsentis tituli inscriptio est: De Diversis Regulis Juris Antiqui. Ex qua obs. I. Quod non simpliciter, De Regulis Juris, uti vulgò; sed De Diversis inscribitur. Etenim non omnes regulæ, sed quamplurimæ, & potissimæ referuntur. Desunt sequentes. Noxa caput sequitur. *l. 20. cum l. ul. De Nox. Act. & §. omnis I. eod.* Qui non habet in ære, luvat in corpore. *l. 4. l. De Ser. fugit l. 1. §. fi. De pæn.* Vim vi repellere licet *l. 1. §. vim vi. & l. 3. §. cum de vi. De vi & vi arm.* Par in parem non habet imperium *l. 4. De recept. arbitr.* Et plures aliæ ad pr. h. t. collectæ à Pet. Jab. Philipp Matt. & alijs. Obs. II. Quod dicitur Juris Antiqui, non antiquari. Nullæ enim inveniuntur hic regulæ juris à Justiniano abrogati, sed recepti ab antiquæ Jurisprudentiæ auctoribus *ceu in not. hic monet Gothofr.* Auctores a. illi sunt Papinianus, Ulpianus, Paulus, cæterique

rique Jureconſulti, quibus erat poteſtas de jure reſpondendi. Quod jus ab Imp. noſtro vetus, antiquæ leges, jus antiquum vocatur, *ut in §. igitur 4. in proem. I. & in C. de emen. Cad. & de vet. jur. enucl. ſic DD. Fab. & Matth.*

CONTINUATIO.

ORdinis ratio aſſignatur hæc à Gloſſa. Novum non eſſe, ut quibuſdam ſpecialiter enumeratis & declaratis, ponatur clauſula generalis, quæ præcedentia, ſummatim comprehendat. *l. ſi ſervus §. cum eo. Ad l. Aquil. l. generali C. De SS. eccl.* Ideò Jureconſultus poſt varias materias in præcedentibus fusè latéque diſceptatas, omnium facturus compendium & quaſi anacephalæoſin quandam totius juris antiqui, ſubjungit titulum hunc De Regulis Juris. *Ioach. Hopper. 2. part. Iur. civil. cap. fi.* Itaque rectè ait Bonifacius de Amanatis apud Maynerum hoc loco, titulum noſtrum, non eſſe juris ſtatutivum, ſed juris antea ſtatuti indicativum, quia ut eſt textus Regulæ 1. ex jure quod eſt, regula fit. Ex quo ſecundum eundem Auctorem

rem sequitur, quod clausula generalis, non debet præcedere, sed subsequi specificata. *l. doli De V. O. l. sed & si. §. quæsitum. Si quis caut.*

Non obstat, quod ad cognitionem specierum, debeat præcedere cognitio generis, *ut per Bart. & Bal. circa l. si cert. pet. & Iason. circa l. in suis Delib. & posth.* Nam responderi potest distinguendo inter clausulas cum eod. Amanato. I. Quædam est CLAUSULA GENERALIS INSTRUCTIVA, quæ fit ad doctrinam continens principia communia, secundum quæ species reguntur; & hæc præcedere debet. II. Quædam est CLAUSULA GENERALIS AMPLIATIVA, & hæc non debet præcedere sed subsequi enumerationem specierum. III. Quædam est CLAUSULA GENERALIS COLLECTIVA, quæ potest & præcedere, & subsequi enumerationem specierum. IV. Quædam est CLAUSULA NARRATIVA, quæ solum habet narrationem specierum, ut videre est in omni regula juris, quæ colligitur, sive constituitur ex jure sparsim & diffusè constituto in

in casibus particularibus, ut illud jus breviter, & effectualiter narret.

REGULA.

R. 1. Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat: non ut ex regula jus summatur: sed ex jure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & ut ait Sabinus, quasi causæ conjectio est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

HIsce verbis, quid sit regula definitur à Paulo Jurisconsulto, sed satis obscurè, clarius ab Arone *in sum. h. t.* Regula est plurium rerum compendiosa narratione facta traditio, sive definitio. Unde verbum abbreviatum vocatur à Baldo *in c. cum venisset. De judic.* Regulæ acceptio est multiplex, prout est legere apud Dec. *hic. n. 7. & subseqq.* Hoc autem loco significantur prima juris principia, seu generalissimæ quædam sententiæ, quales in arte sua Dialectici Maximas vocant. Ac

rem sequitur, quod clausula generalis, non debet præcedere, sed subsequi specificata. *l. doli De V. O. l. sed & si. §. quæsitum. Si quis caut.*

Non obstat, quod ad cognitionem specierum, debeat præcedere cognitio generis, *ut per Bart. & Bal. circa l. si cert. pet. & Iason. circa l. in suis Delib. & posth.* Nam responderi potest distinguendo inter clausulas cum eod. Amanato. I. Quædam est CLAUSULA GENERALIS INSTRUCTIVA, quæ fit ad doctrinam continens principia communia, secundum quæ species reguntur; & hæc præcedere debet. II. Quædam est CLAUSULA GENERALIS AMPLIATIVA, & hæc non debet præcedere sed subsequi enumerationem specierum. III. Quædam est CLAUSULA GENERALIS COLLECTIVA, quæ potest & præcedere, & subsequi enumerationem specierum. IV. Quædam est CLAUSULA NARRATIVA, quæ solum habet narrationem specierum, ut videre est in omni regula juris, quæ colligitur, sive constituitur ex jure sparsim & diffusè constituto

in

in casibus particularibus, ut illud jus breviter, & effectualiter narret.

REGULA.

R. I. Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat: non ut ex regula jus summatur: sed ex jure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & ut ait Sabinus, quasi causæ conjectio est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

HIsce verbis, quid sit regula definitur à Paulo Jurisconsulto, sed satis obscurè, clarius ab Arone *in sum. h. t.* Regula est plurium rerum compendiosa narratione facta traditio, sive definitio. Unde verbum abbreviatum vocatur à Baldo *in c. cum venisset. De judic.* Regulæ acceptio est multiplex, prout est legere apud Dec. *hic. n. 7. & subseqq.* Hoc autem loco significantur prima juris principia, seu generalissimæ quædam sententiæ, quales in arte sua Dialectici Maximas vocant. Ac

 ideo

ideo positum in definitione vocabulum *breviter*, pro generaliter interpraetandum est. siquidem qui genus dicit, plures & varias species sub eo compraehensas breviter complectitur. *Ita Vigel. M. I. C. par 7. lib. 2. cap. 19.*

Distinguitur Regula à definitione, descriptione, & sententia. Regula per genus tantum, multas hypotheses in unum colligit. Definitio proprie dicta, explicat, quid sit res per genus & differentias. Descriptio ponit ante oculos, qualis sit res ab accidentibus: & hæc impropriè dicitur definitio, sententia, est judicium animi acutè & prudenter conclusum. sed ista sæpe confunduntur, & promiscuè usurpantur. *Patet ex l. 32. De Vsur. l. 10. De aur. & arg. l. Iulianus. De cond. & demon. R. hereditas & R. definitio. hic Bart. ad l. 1. De testam. Bud. in l. 1. def. & I. Boeth. l. 3. top. Cic. Apell. c. 1. de Definit. 5.*

Harum juris regularum tria propriæ sunt. I. Quod ex regulis non fit jus, sed ex jure prius receptum constituuntur. Hinc ex istis tanquam generalibus ratio-

ni-

nibus, non datur actio, exceptio, vel replicatio; nisi aliqua speciali lege adjuventur *Vigel. Ibid.* Et hoc modo dicitur regula juris transitivè: quia de regula fit transitus ad jus, quod est separatum, & ab ipsa regula distinctum. E contra dicitur juris intransitive, quando ad casus ante ipsam non determinatos trahitur, in quibus facit jus, quia ipsamet est immediatè jus, & non fit transitus: sed jus & regula, sunt unum & idem. *Patet ex l. 1. & to. tit. de Regul. Caton. & l. cætera. I. 1. de Leg. 1.? Dec. num. 5. & 6.*

II. Quod sint quasi causam conjectiones (malè à quibusdam *conjunctio* scribitur) per quas jus, vel factum, in causis dubium conijcimus: *Vigel. eod.* cum similium casuum in jure decisorum summam quandam complectantur. *Giphan. hic n. 6.*

III. Quod per exceptiones oppositas idantur (quod ipsis cum legibus est ommune) & vim & potestatem suam nittant. Ratio, quia in toto jure, geri per speciem derogatur, & illud hatur potissimum, quod ad speciem di-tum est. *R. in toto h. t. & c. generi eod.*

in 6, Exceptionis est autem, declarare vel restringere, ob diversitatem circumstantiarum, vel specialitatem casuum. Debet exceptio sub regula contineri, quoad vim comprehensivam, sed non quoad juris determinationem *Ita post Glo. & Franc. in Rub. hic Everhar. loc. ab except. ad Regul.*

DEFINITIO.

R. 202. Omnis definitio in jure civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti possit.

CEu rarum est, talem ex legibus colligere regulam, quæ nulla in patre nequeat infirmari: Sic quoque difficile est, rem aliquam in jure civile exactè definire, quin subvertatur. *Vig. l. de testam. ordin. & Bud. in annot.*

Definitio debet rei definitæ substantialia ponere, & indicare quid sit, & cum suo definito converti *l. 1. §. Dolum. & ibi Bart. de Dolo.* Propter hoc dicitur periculosa, cum difficile sit, quidditatem & essentiam rei definitæ secundum præcepta philosophorum explicare. Sed secundum

cundum Juris consultos non videtur periculosa, quibus quæcunque descriptiones etiam crassiores sufficiunt, per quas res cognoscitur. Quas τύπογρ & ὑπογραφὰς, non ὁρισμυς vocari tradit Aul. Gellius lib. 1. c. 25. videatur etiam Dialect. jur. Vigel. de loc. inter. & defin. quæ definitionum species à Jurisperitis usurpatas exhibet.

De qua definitione intelligendus sit Iavolenus dissentiunt Interpretes. Alij de vera, & proprie dicta, sive dialectica, uti Alciatus *ad lib. 1. de V.S. & 6. Parerg. 9.* Alij de impropriè dicta, sive regula, uti Vigel. *ad 4. I. de testam. & Franc. ad R. 1. hic.* Non aberrat à vero uterque intellectus. Constat enim definitiones juris esse periculosas & imperfectas, præcipuè propter latitudinem subjectæ materiæ, & propter penuriam verarum differentiarum: ceu claret ex definitione furti. §. 1. 9. *De oblig. quæ ex delict. l. §. 3. de* Jur. & ex aliis apud Giphanium *hic n. 7. cum seqq.* Constat quoque regulas juris esse periculosas, propter exceptiones illas vitiantes

& ſubvertentes, per quas, perdunt officium ſuum. *d. R. 1.* Quare de quacunque intelligatur Juris conſultus, ſemper verum eſt, quod ſit periculoſa definitio. Suntque regulæ ita accipiendæ, ut non perpetuò, ſed plerumque obtineant.

Quod in R. 1. illuſtratur à praal. Fab.



CLAS.

CLASSIS I.

DE PERSONIS.

CAP. I.

DE NUPTIIS, COGNATIONE, DIVORTIO.

R. 30. Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

RAtio est, quia verbis contrahuntur sollenni stipulatione, *ceu. attigi ad l. sponsio. 7. de V. S. Cuiac. 16. Obs. 33.* in qua consensus est materia, & verba sunt forma Navaz. c. 22. n. 20. & Rebel. q. 4. n. 12. Quare perfectâ stripulatione conjuges intelliguntur, etiamsi copula non sit secuta. Conjunctio animorum, non corporum attenditur: hæc n. uti effectus ad consumationem pertinet, sed non ad contractus perfectionem. *Huc faciunt quæ per Interpp. ad §. 1. I. de Pat. pot. & ad l. 1. Derit nupt. l. cum hic. 32. §. si mulier de Don. int. vir. & uxo. l. cui fuerit. 15. & ibi Gothofr. de cond. & Demon. l. uter. 23.*

de Cond. inst. Novel. 22. c. 3. & n. 24. c. 4. Zoës. ad tit. de rit. nupt. n. 4.

Obs. ad hoc ut matrimonium justum atque legitimum existat, non esse quoque necesse, sponsam in domum mariti deduci. *lib. 22. (de nupt. l. pen. de Don. int. vir. & uxo. Donell. 13. comm. 20. Bron. 3. cent. 7.* Et fieri posse, ut virgo de dote actionem habeat, sponso ante deductionem & consumationem mortuo. *l. ideoque 7. cum l. praeced. de rit. nupt.*

R. 197. Semper in conjunctionibus, non solum quod licet considerandum est, sed etiam quod honestum est.

Concordat l. semper. 42. de rit. nupt. Ratio est, quia.

R. 144. Non omne, quod licet, honestum est.

Exempli gratia: licet secundum jus civile duorum fratrum filiis matrimonio jungi §. *duorum. I. de nupt. l. in celebrandis. C. eod.* & tamen propter honestatem prohibetur à jure pontificio. *c. non debet per de Consang.* Sociandum est licito honestum,

ſtum, cum ſit fons & origo omnium virtutum *Cic. 1. offic.* Vt honeſtè he. temperatè vitam inſtituamus & ducamus à jure præcipitur. *l. Iuſtitia.* 10. §. 1. *De. I. & I.* §. *Iuris.* 3. *I. eod. V. Vac. à Vacon.* 1 *Declar.* 30. *n.* 6. Honeſtatis n. rationem ſemper habere oportet *patet ex l. uxorem.* 15. *l. generali* 34. *d. l. ſemper* 42. §. 1. *& aliis. De rit. nupt. l.* 1. *de vent. inſpic. l. quod e x libera. C. de ope. liber.* §. *pœna* 7. *I. de Injur. Ariſt.* 7. *Polit.* 1. *& cum Senec. Octav.* & Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.

Obſ. Multa legibus, moribus inſtitutis, licere re & facto, quæ tamen jure ipſo non adprobantur: ne injuria ex jure naſcatur: ſed conniventur ut majus malum & periculum avertatur & evitetur. *V. Zoeſ. de O. & A. n.* 50. *Myns. ad* §. *fi. n.* 2. *I. de nupt.* Quippe minus malum ſemper eſt eligendum. *Ariſt.* 5. *Ethicor.* comparatione malorum factâ, juxta.

R. 200. Quoties in verbis: eligendum quod minimum habet iniquitatis.

Facit & c. duo mala D. ist 13.

Procedit dicta Regula 144. non solum in matrimoniis, sed etiam in contractibus & aliis. *l. in causa 16. §. si de min. l item si 22 §. vel. locat. l si voluntate C de rescind. vendit. n. 9. §. 1. tit. I. de Vsucap. tit. D de concub. tit. C. De Vsur. l. transigere De transact. l. digna vox. De Legib. & V. Hip. à Collib. & aliis hîc.*

R. 8. Jura sanguinis, nullo jure civili dirimi possunt.

Concordat l. eas obligationes 8. de cap. minut.

Ratio est, quia jura sanguinis, he. cognationis, divinâ quadam providentiâ constituta, semper firma atque immutabilia permanent. §. *sed naturalia.* 11. *& ibi Vult. I De I. N. G. Cuiac. in l. 4. De I. & I.* Exempli causa: Nullo civili jure fieri potest, ut qui filius est, non sit filij loco & rursus ut qui parens est, non sit parentis loco, *l. Ius agnationis 34. De paer l. si quis suo 33. C. De Inst. testam.*

Procedit, nisi certis de causis à jure expressis, effectus juris naturalis, alteretur, modificetur, declaretur. *Vti im §. fui. I. De capit. dimin. l. 1. §. filio. & §. proinde*

Ad

Ad SCtum Tertyll. cum similibus. Per illam tamen inflexionem, quam ab alteratione, modificatione, declaratione patitur jus naturale, non immutatur, sed immutabile permanet. *Communiter DD. ad l. jus civile 6. De I. & I. & ad dict. §. I. Facit & Arist. 5. Ethicor. 4.*

Obs. Quod legitima vice alimentorum substituta, minui quidem potest, sed non totaliter tolli: quia jure naturæ liberis debita est. *l. cum ratio 7. De bon. damn. n. 1. De hered. & Falc. in praef. §. primum 2. n. 18. De trient. & semis. c. prohibemas. 3. Alciat. praesumpt. 1. c. 8. Pet. Greg. lib. 44. c. 2. n. 24.*

Item quod pactum inter patrem & filium, præstandis alimentis, non valet; quia juri naturæ repugnat. Et prolem fame necare videtur, qui alimenta denegat. *l. necare. De agn. & alen. lib. Conan. lib. 5. com. 7. Spec. ad t. Qui filij sint legit.*

Non immeritò Paulus Jurisconsultus in.

R. 176. Non est. §. 1. Infinita æstimatio est necessitudinis.

Obs. Quod necessitudo est vel sanguinis, vel amicitiæ. *l. fi.* De *l. & l. l. 5. §. 2. Quib. ex caus. in possess. l. si tutor. De susp. tuto. Aul. Gell. lib. 13. c. 3. & passim apud Cic. in epist.*

R. 48. Quicquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum est, quam si perseverantia apparuerit, judicium animi fuisse: ideoque brevi reversa uxor, nec divertisse dicitur.

Concordat c. divortium. 21. Dist. 1. De pœnit. Fac. *l. 3. De divor. l. si filiam C. De inoff. test. l. si non convitij C. De Injur.*

Ratio est, quia magis perturbatæ mentis impetu convulsa videtur, quàm consilij destinatione mota. Est n. ira impetuosissima *Arist. 2. Ethic.* & principium insaniæ. *Cic. 4. Tuscul. V.* Tiraq. *De pœn. temp. caus. 1. n. 24. & praeced.*

Procedit in his, in quibus est pœnitentiæ locus: secus in alijs, quamvis aliqua ratio habeatur iracundiæ. *tex. l. Lex Iulia. in fi. Ad leg. Iul. repet. l. 38. §. 3. Ad leg. Iul. de adult. l. 1. C. si quis Imp. mal. l. famon.*

mon. Ad leg. Iul. majest. Limitationes & ampliationes V. apud Dec. hic. & Pec. A Duenas reg. 292.

Obſ. Non dici factum, quod non perſeverat factum. *l. ſi opus. De non ope. nunt. l. qui falſam. Ad l. Corn. de fal. l. ſi pro parte. §. in rem a. verſum. De in rem. verſ. & faciunt quæ dixi ad l. 225. De V. S.*

CAP. II.

DE LIBERTATE ET LIBERIS.

RR. 20. Quotiens. 106. Libertas 122. Libertas. 126. Nemo. §. 1. locupletior. 179. In obſcura.

Cum libertas ſit naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet. §. 1. *I. De Iur. perſ.* meritò res dicitur inæſtimabilis *in d. R. 106.* quæ commodo pecuniario præferenda §. *1. & 2. I. De eo cui lib. cau.* cum nec pecunia lui, nec reparari poſſit. *l. 91. §. illud tractatum de Stat. liber.* Unde & nullam eſſe liberi corporis æſtimationem. *l. 3. ſi quadr. paup. l. 1. §. 5. & l. ſi, de his qui dejec.* quia homo

est dignissima creaturarum: *l. justissimè de Ædil. edict.* etenim fieri locupletiorem, qui liberum, adquisivit. *d. §. locupletior.* quia liber homo alicujus in bonis esse non potest. §. 1. *I. De Usucap. l. 9. D. eod.* cujus gratia, omnes fructus natura comparavit. *l. in pecudum de usur.*

Libertatis summus est favor præ omnibus rebus. *R. 122. l. 16. de mnum. testa. l. 38. De rei vind.* Quare in obscura voluntate manumittentis illis favendum. *R. 179. l. 56. de sol.* & in dubia interpretatione, secundum illam respondendum. *R. 20. l. 13. de probat.* Quia expedit civitates liberis hominibus repleri, *Novel. 78.* Et quæ semel competijt libertas, nec restitui, nec repeti, nec revocari potest. *V. Cuiac. 9. Obs. 27. & lib. 14. c. 32.*

Obs. Favore libertatis plurima fuisse recepta contra jus commune, *sicut videre est in § fi. in fi. I. de Ingenu. d. 2. & 3. I. De eo cui liber. cau. §. ante heredis. I. de Legat. l. 3. De alien. jud. mut. cau. fac. l. generaliter. §. si quis servus. de Fidei com. libert. l. pœnalis. Ad leg. Corn. de fal. l. duobus, De liber. caus. & alijs similibus.*

CAP.

CAP. III.

DE SERVITVTE ET SERVIS.

RR, 22 In personam. 32 Quod attinet. 107. Cum servis. 118. Qui in servitute. 133. Melior. 146. Quod quis 157. Ad ea. 175. In his. 209. Servitutem. 211. Servus.

Quoad jus naturale, homines sunt æquales; sed quoad jus civile, servi pro nullis habentur. *R.* 32. Quare in servilem personam nulla cadit obligatio. *R.* 22. Nec est cum servis ulla actio. *R.* 108. Nec in his intervenire possunt, in quibus leges personas liberas requirunt. *R.* 175. Nec reipublicæ caussa abesse possunt. *R.* 211. Tamen melior conditio nostra per eos fieri potest, sed non deterior. *R.* 133. Quod dominatum in rem utilitatémque Domini converti debet, *Arist.* 3. *polit.* 4. Et ignoscitur illis, si obtemperando Dominis, vel ijs, qui vice eorum sunt, deliquerunt in his, quæ atrocita-

citatem facinoris, vel sceleris non habent. *R.* 157. Quia qui obsequuntur imperio dominorum, velle non creduntur. *R.* 4. *l.* 37. *Ad leg. Aquil. l. si servus. De nox. act.* Sed in gravioribus delictis, quia motu proprio commissa censentur & ex animo depravato, pœnæ non eximuntur *d. R.* 157. *servus* 20. *De O. & A. Aul. Gell. lib.* 11. *c.* 7. *Bald. ad l.* 1. §. *si præses. De magist. conveniend.*

Servitus mortalitati ferè comparatur. *R.* 209. Quare, quod quis dum servus est egit, proficere liberto facto, non potest. *R.* 146. Nec potest usucapere, qui in servitute est; nam cum possideatur, possidere non videtur. *R.* 118.

Obs. Liberos quoque homines ex mandato alterius excusari, si versemur in genere permissorum; secus, si in genere prohibitorum. *no. Glo. fi. in l. furem.* §. *tignum. De rei vind. & ibi Bart. & ad l. non solum.* § *si mandato. de Injur.* Quatenus verò alienæ potestati subjecti teneantur ex mandato delinquentes. *Gomez.* 3. *V. Res.* 3.

Cap. IV.

DE FILIIS FAMILIAS.

R. 4. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel Domini.

RAtio, quia pater vel Dominus, habent se ut causa principalis; & filius vel servus, ut causa instrumentalis. §. *Si igitur jussu. I. Quod cum eo qui &c. l. 4. l. eod. Arist. 1. polit. 3.* Proinde invito patre vel Domino relictam sibi hereditatem adire non poterant; sed prævius illorum jussus requirebatur, ne invicti obligarentur æri alieno, per eos, qui nec velle, nec nolle habent; sed obsecundare imperio debent. *l. 6. l. si ego 26. l. si quis mihi. 25. §. jussum 4. de acq. hered. l. heres. 13. §. fi. eod. §. item vobis. 3. ver. sed si heres. I. Per quas pers. cui. adq. Pac. 6. cent. 92.* Quemadmodum id fieri naturalis & civilis ratio postulat. in pr. I. De nupt. & §. 1. De *pat. potest.* Procedit, quod velle & nolle non habent, quoad ea, quæ ad ju-

juris effectum sunt comparata: non quoad ea, quæ in faciendo consistunt, & ad naturalem libertatem spectant, quâ non sunt omnimodè privati.

Obs. Non dici sponte fieri, quod cogente imperio fit. *l. si quis major. C. de transact.* *Nec* voluntarius censeri actus, per eum factus, qui compelli potest. *l. novissimè. 7. Quod fals. tut. gest.* Nam talis actus est in voluntarius secundum quid. Et talis voluntas vocatur, non nolle: medium sc. inter velle & nolle. *Regulistæ ad R. 3. & 4. Cuiac. 6. Obs. 39. lib. 15. c. 23. & lib. 16. c. ult. Bellon. lib. 4. supput. c. 14.*

R. 93. Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

Ratio, quia quicquid adquirebat, patri adquirebat, in cujus potestate erat, adeoque quidem ut ne momento in persona filij subsisteret adquisitio. §. 1 *l. Per quas pers. nob. adq. l. placet. 79. De acq her. l. quicquid. 4. de acq. pos.* Et interdicta

ad

ad retinendam, recuperandam, adipiſcendam poſſeſſionem non filio, ſed patri competebant, quia etiam ignorans ſtaſtim poſſidebat, quicquid peculiari nomine apprehendiſſet. *l. 1. §. item adquirimus & d. l. 4. de acq. vel. amitt. poſ. Iac. R. quæ legata 18. l. ſi filiusfam. 78. de V. O. & §. jure autem 1. I. de de ſtipul. ſeru.* Unde & de peculio, ex contractu filij tenebantur. *l. depoſiti. 5. l. ſi quis 44. de pecul.* Et hæc quidem ſecundum jus vetus: jure novo non omnia patri adquiruntur, *ceu apud Interpp. hic. Cuiac. in not. ad tit. I. Per quas perſ. nob. acq. & communiter Commentatores ad tit. I. Quib. non eſt perm. fac. teſt.*

CAP. V.

DE TVTORIBVS ET PVPILLIS.

R. 73. Quò tutela. §. 1. Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis heredibus cum moreretur habuit habiturusve eſſet, ſi vixiſſet.

Ratio

RAtio. Datio tutoris consistit in patria potestate. Permissum erat parentibus ex lege XII. tabb. liberis suis impuberibus tutores testamento dare, sive tunc existentibus, sive futuris in potestate. *§. promissum est. §. cum autem l. de tutel. §. ul. l. Qui test. tut. l. 120. de V. S. l. 1. s. 26. de test tut. l. impuberi 40. de admin. tut.*

Procedit in paganis, ac item ad milites porrigitur. Nam dispositio generalis includit etiam personas priviligiatas. *fac tex. pro. l. impuberi. l. 2. de testam tut. cum l in fraudem. eod. Dec. hic.*

Obs. Nascituros pro jam natis haberi, cum de favore eorum agitur, *ut hic. & in d. §. cum autem lib. 1. de stat. hom. l. quod dicimus* 231. *de V. S.* Lex enim præsumit patrem optimè liberis de tutore prospecturum. Quia parentes amant liberos, tanquam aliquid sui existentes. *Arist. 8. Ethic.* Et nullus affectus est, qui affectum vineat eorum. *l. cum furiosus. 7. C. de cur. fur. l. isti quidem 8. in fi. Quod met. cau.*

R. 189.

R. 189. Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi interpositâ tutoris autoritate potest. Nam quod animi judicio fit, in eo tutoris autoritas est necessaria.

Unde dicitur in

R. 5. in fi. Pupillus omnia negotia tutore autore agere potest.

Procedit tam in actibus judicialibus, in quibus Pupillo non est legitima persona standi in judicio; quam in extra judicialibus, in quibus de eo obligando agitur, vel de rebus ejus alienandis. *l. 6. de. tut. l. impuberes. 13. de auct: & cons. tut. l. 2. C. Qui legit per stand. in jud*

Obs. Animi judicio dici illa fieri, in quibus providentia & intellectu opus est, ne lædamur, ut in contractibus ultrò citróque obligationem habentibus, in quibus pupillus non obligatur, nisi autoritate tutoris adhibitâ *l. tex. cum l. obligari. de auctor. tutor l. oblegari 43. de O. & A. l. 1. C. de inutil. Stipul.*

R. 110.

R. 110. In eo. §. 2. Pupillus pati posse non intelligitur.

R. 198. Neque in interdicto, neque in cæteris causis puppillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.

Ratio. Alteri per alterum, non debet iniqua conditio inferri R. 74. & fraudem in autorem retorqueri suum dignum est. *arg l. quoties §. sicut de admin. tutor. l. non est ignotum C. eod. l. pen. C. de leg.* Jus enim exigit, sagittas fraudis redire in dolosum verticem sagitantis. *Cassiod. 5. epist.*

Procedit, ne pupillus patiatur: ob dolum tamen tutoris hactenus tenetur, ut quas habet contra dolosum actiones, præstet. *l. 3. §. si servus pupilli, d. lib. act. lib. fi. in med. de admin. & peric. tut.* Et tanquam ex dolo à se commisso, si nactus fuerit inde commodum. *l. apud. Celsum 4. §. illa 23. de dol. except. Bart. in l. si dolo tutoris. Si quis omi. cau. test. Cuiac. ad l. heredib. de Dol.* Etenim iniquum est, quem alterius crescere damno, *l. nam hoc* na-

natura de condict. indeb. l. sciendum. Ex quib. cau. maj.

Cap. VI.

DE FURIOSIS, INFANTIbus, prodigis, mutis & surdis.

R. 5. In negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia tutore auctore agere potest.

Ratio differentiæ inter pupillos & furiosos resultat ex utriusque judicio. Pupillus qui potest fari, semina crescentis judicij habet, & initium intellectus, qui suppleri à tutore potest; ac ideò cum istius auctoritate, rectè se obligat alijs; sed absque illa se obligare nequit. Nam conditionem suam facere meliorem per se potest, deteriorem autem non potest. *I. de auct. tutor. l. puberes. de V. O. l. pupil-*

pillus 9. de acq. hered. l. quamvis 32. §. infans. de acq. poss.

Ratio istius est, quia lex tali obligationi non assistit, cum pupilli consensum pro legitimo non habeat, pleno animi judicio deficiente *R. pupillus h. t.*

Ratio illius est, quia causa finalis tutelæ cessat, quæ decernitur, ne propter imbecillitatem ætatis præjudicium ac damnum incurrat. *Porc. in pr. I. cod.*

In pupillo infante, aut proximo infantiæ, dicta non procedunt: quoniam furioso æquiparatur, *ceu à contrario sensu hujus Regulæ & fac. tex. in §. pupillus l. de inutil. stip. & in l. 1. §. adipiscimur. de acq. poss. Matth. hic n. 6. Vultæ 1. discept. 16.* & est mente sopitus, ut loquitur. D. Aug. 12. *de Trinit.* apud Cuiac. Ad Affric. *tr.* 4. ubi differentiæ inter pupillum & infantem.

Furiosi quoniam judicio & mente carent, nec voluntatem habere. *R.* 40. nec adesse. *R.* 124. §. 1. sed dormientis & absentis loco reputantur. *l. 2. §. furiosus. de Iur. codicil.* nullumque negotium gerere efficaciter possunt, quantumvis tuto-

torem adhibeant, suamque conditionem reddant meliorem. *tex. hic. & in l. furiosus de acq. hered. l. 1. §. furiosum. de O. & A. l. si à reo. 70. §. si furioso de fidejuss.* Plura de his Cantiuncul. & Everh. *in top. eor. loc. à minoribus ad furiosos & mente captos.*

Obs. Infanti plus facere jura, quàm furioso, uti ex dictis, & per Cujac. *ad l. 4. de Vsurp. & usucap. v. pupillus.* Quia furioso mens penitus adempta est, infans mente non caret, sed nondum per ætatem quicquam scire potest. Eadem ratione jura favent spadonibus magis, quam castratis. *De quibus dixi ad l. spadonum 128. de V. S.*

R. 40. Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum est, nulla voluntas est.

Ratio, quia prodigus, qui neque finem, neque modum expensarum habet, sed omnia sua bona dilapidando & dissipando citra necessitatem profundit; furere videtur, & nullam habere mentem. Atque ideò furioso æquiparatur, qui re-

bus suis utiliter sufficere non potest, cum non suus, sed furoris sit. *l. Iulcinius. 7. §. adeo 9. Quib. ex caus. in poss. eat. Glo. v. earundem rerum. l. si quis in tantum C. Vnde videtur l. his qui 12. §. Divus 2. de tut. & cur. dat. ab his. Glo. v. prodigalitatis 6. ex parte de const.* Sicut enim probatur quis ex sermone, rebus, & factis furiosus, vel mentis compos sit, nec ne: ita probatur mentis qualitas, actu exteriore. *Gothofr. ad d. §. Divers. 2.*

Procedit D. æquiparatio non simpliciter, sed secundum quid. Nimirum in obligando se, in amittendo, in alienando *l. 26. de contr. empt. l. 18. Qui testam. l. 12. de Vsur.* Sed non in acquirendo, quia alium sibi obligare, & conditionem suam facere meliorem potest prodigus etiam absque curatore *l. is cui. 6. de V. O. l. is cui & l. mutum de acq. hered.* Ratio istius est, ne interdictio in favorem ejus facta, in eusdem odium retorqueatur. contra *l. quod favore C. de LL. V. Cuiac. in d. l. 6. de V. O.*

R. 124. Ubi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere: idem in surdo, hic quidem & respondere potest.

Ratio est, quia non solius linguæ est sermo, sed & intellectus. *l. Labeo* 7. §. 2. *de supellect. Legat.* R. *qui tacet.* 142. *c. qui tacet* 43. *eod. Arist.* 1. *polit.* 2.

Procedit ut in quibuscunque negotijs sermone opus non est, aut solemni stipulatione §. *mutum. I. de inutil. stipul. l.* 1. *De V. O. l.* 1. §. *penult. & ult. de O. & A.* Sed præsentia animi seu intellectus ad præstandum consensum, possint, tam mutus, quam surdus intervenire, dummodo intellectum habeant, & censentur respondere, contrahere & obligare: quia intelligere & consentire possent, quamvis potentiam loquendi aut audiendi præpeditam habeant. *l. consensu* 2. *l. quibuscunque* 48. *de O. & A. l.* 73. *de Iur. Dot. c. cum apud & c. tuæ. De Sponsal. & à contrario l.* 209. *&* 246. *De V. S.* Qualiter autem cognoscatur eorum consensus

aperit Bartolus, *circa l. mutam, de acq. vel amit. hered.*

CAP. VII.

DE POSSESSORIBUS BONÆ ET MALÆ FIDEI.

R. 128. In pari causa possessor potior haberi debet. 126. §. 2. Cum de Lucro quæritur, melior est causa possidentis.

RAtio harum regularum est favor possessionis, propter quam etiam beati possessores nuncupantur à Glossa §. *commodatam I. De Interd.* Nam qualescunque sint possessores, eo ipso quod possident, plus juris habent *l. sive autem 9. §. 4. in pan. De public. §. sed iste 3. I. de action. l. 1. §. fi Uti possid. l. 6. C. de hered. vendit. §. 4. I. De Interd.*

Procedunt tam in causa lucrativa, veluti emptione, donatione &c. *d l. sive autem. §. si duobus. De publ. in rem act. l. quotiens 15. in fi. C. De rei vind.* quam in causa onerosa, velusi pignore. *l. si debitor, de pignor. l. 1. §. 1 de Sal. interd.*

Pro-

Procedunt etiam in criminalibus, ut data delictorum paritate, melior sit causa ipsius possessoris, juxta.

R. 154. Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa.

Quemadmodum patet in judice pecunia corrupto, & in meretrice questum corporis faciente, à quibus pecunia data, repeti non potest. *l. 3. de cond. ct. ob turp. cau. l. 4. §. sed quod meretrici. eod. l. 5. §. 1. de calumn.* Et hoc & in pœnam male dantium, quod non audiendi allegantes turpitudinem suam. *l. si creditoribus. C. de serv. pign. dat. l. transactione. C. de transact.*

R. 131. Qui dolo desierit possidere pro possidente damnatur: quia pro possessore dolus est. 150. Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat: atque ejus, cujus dolo malo factum sit, quominus possideret, vel haberet.

Ratio est, ne cui malitia sua in lucrum, & delictum in commodum vertatur, contra. *R.* 134. §. 1. *n.* 1. *l. rerum.* §. *tempus. Pro soc. l.* 1. *de Dol.* Qua propter qui dolo desijt possidere pro possessore habetur, quò ad suum incommodum, non autem quò ad commodum. *Aretin. in* §. *omnium autem. I. de Action & Dyn. in c. pro possessore h.* 4. Nec enim præscribere, nec alia possessionis commoda percipere potest. Et dantur contra eum actiones ac si possideret, quia dolus rem ipsam repræsentat. *l. sed etsi.* §. 1. *de per hered. l. sin autem.* §. *sed & is. de rei vind.*

Procedit non in eo solum, qui dolo desiit possidere, verum etiam in illo, qui dolo noluit possessionem adquirere. *l. etiam* § *is qui dolo. de pet. her. Dec.*

Cap. VIII.

DE EMPTORIBUS FIdejussoribus, ex promissoribus, & sociis.

R. 156. Invitus. §. 3. Plerumque emtporis eadem causa esse debet circa

circa petendum, ac defendendum, quæ fuit auctoris.

Ratio, quia in jus alterius succedens eo jure, quo ille, uti debet. *c. is qui 46. cod.* Nec successori nocet, quod ejus auctori nocere non potuit. *l. 3. §. 2. de Interrog. & action. l. 76. §. 19. de contr. empt. fac. de R. 156. §. cum quis 2. l. 3. §. 2. de itiner. actu. l. 37. de acquir. hered.* Et è contra, quod auctori nocere potuit, successori nocere potest. *R. 143. eod Gothfr. hic.* Quia non debet melioris conditionis esse, quam auctor, à quo jus in eum transijt, *R. 175. §. 1.*

Obs. Auctorem dici is, à quo jus in nobis transit *l. 4. §. ult. de act. empt. l. 28. de eviet. l. 3. de Diver. temp. Cuiac. ad l. idem tempus. de Vsurp. & usucap. & ad Novel. 4. in fi.*

R. 42. Quia in ∫. 1. Fidejussores quoque, non minus quam heres, justam ignorantiam possunt allegare.

Ratio, quia ignorantia facti alieni cum probabilis sit, nemini damnosa esse de-

bet. *l. in causa 27. de procur. l. verius 21. de probat. l. si. Pro soc.* Cujus respectu comparantur heredibus fide jussores, ut si quid justa ignorantia ducti solverint, illud legitimis modis recuperare, possint. *l. 8. §. 8 & l. si fidei jubentur. 29. Mand.* In multis tamen alijs, heredum jure non censentur. *V. à. Collib. hic.*

Procedit circa factum alienum, quia regulariter ignorantia præsumitur, ut hic sed non circa factum proprium, in quo non præsumitur. *V. socin. reg. & 2. I. ubi plures limitationes. etiam ampliationes Gabriel. lib. 6. concl. 5. & 6.*

R. 110 In eo §. 1. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione.

Concordat. 46. §. 2. de procur. §. 1. I. de satisdation.

Ratio est, ut creditor reddatur securius, quod modis fieri quatuor indicavi *ad l. satisdationis. 61. de V. S.* Expromissor autem is est, qui non accedit obligationi, ut ad promissor; sed qui eam totam in se suscipit, & se facit obligatum pro

pro eo, qui non obligatur. *Gad. de ad l. 150. de V. S.* Expromissore enim dato, reus liberatur, quod non est in adpromissore. *Cujac. ad Novell. 4. in fi.*

Obs. Quatenus differat. expromissor ab adpromissore seu fidejussore. *l. ut res 53. de contr. empt. l. quod si. 10. de pignor. act. Cujac. ad l. eleganter §. servus pactionis. de Dolo. mal. Connan. lib. 6. cap. 6.*

R. 47. Consilij. §. 1. Socij mei socius, meus socius non est.

Concordat totidem verbis l. nam socij. 20. D. Pro soc.

Ratio, quia est extra vinculum mutui consensus, quo societas nostra stringitur: ideo quem socius meus societato sibi colligat, illi tantum socius est, non mihi: quia sub nostro vinculo non continetur. *l. qui admittitur. 19. l. cum duobus §. cum duo D. eod. facit l. Modestinus de V. S. ubi dicitur: quod libertus mei liberis, meus libertus non est.* Quin. societatem contrahit, certam personam sibi eligit. §. *solvitur. I. de societ.*

CAP. IX.

DE CREDITORIBUS ET DEBITORIBUS.

R. 158. Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Ratio, ficut enim obligatio pignoris nudo confenfu contrahitur, ita etiam diffolvitur creditore alienationi confentiente. *l. ficut §. voluntate. Quib. mod. pign. vel hypot. l. 4. §. fi. eod. juxta D. nihil 35. h. t.* Nec poteft res citra confenfum ejus alienari, quare fi expreffè in venditione confenferit, vel ut res permutetur, vel donetur, vel in dotem detur, dicendum erit pignus liberari & demitti: quia fi taceat, nec contradicat alienationi, nihil fibi præjudicat, fcit enim ubique fibi durare pignus. *d. l. ficut 8. §. non videtur.* 15.

Procedit etiam fi non confenferat, fed ratum habuit. *d. l. fi debitor 4. §. 1. eod. & l. pen. C. de demit. pignor.* quia facit ratihabitio actum cenferi ratificantis *l. 5. §. item quæ ritur. de neg. geft. c. ratum. & ibi Dec. hic.* Exceptiones legan-

gantur apud Bartolum *circa l. fin. de t. C.*

R. 66. Marcellus ait: desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrente.

Ratio, quia qui exceptionem objicit, non videtur de intentione adversarij confiteri, *c. exceptionem & ibi Dyn.* cum exceptio elidat actionem. Et nihil intersit, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, *D.* 112. *b. t.* Quis debitor & creditor dicatur, dixi *ad l. nominis & rei 6. de V. S.* & quid exceptio *ad l. actionis.* 34. *eod. & infra clas.* 3. *c.* 5.

R. 84. Cum amplius §. 1. Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.

Ratio est, quia nemo jure gentium debet, quin & natura debeat: nihil jure gentium apud est, quin & natura quoque *Gothofr. hic in not:* Et ubicunque est æquitas, ibi nascitur obligatio naturalis, *Vac. à Vacun.* 1, *Declar. Iur. Civil. cap.* 17. *n.* 5.

Procedit de jure gentium primævo, quod naturale apellatur; *de quo m. §. 1. l. de rer. vivis. & in l.* 1. §. *jus naturale de I. & I.* non autem de jure gentium secundario, *de quo l. hoc jure de I. & I. & l. postliminium de capti. Dec. hic.*

Obs. Naturalem obligationem esse, qua debitor creditori suo, æquitatis vinculo obstringitur: quæ etsi actionem non pariat, exceptionem tamen parit. *l.* 1. *l.* 7. §. 1. *cum seqq. de paet. l. naturales.* 10. *de O. & A. l.* 95. *l.* 4. *de Solut. Cujac. & Obs.* 11. *Zoes, De O & A, n.* 2. & 50.

Cap. X.

DE TESTATORIBVS ET HEREDIBVS.

R. 7. Jus nostrum non patitur, eundem in paganis, & testato, & intestato decessisse: earumque rerum naturaliter inter se pugna est, testatus & intestatus.

Ratio, quia testamentum est actus individuus, qui pro parte valere non potest. *l. si quis cum* 25. *Qui test fac. pos. l. fidei commissa,* §. 1, *de Leg.* 3.?

Et

Et una ac eadem res censeri diverso jure non debet *l. cum qui* 23. *de Usucap.* Sic nec hereditas, quæ individua res est. *l. Pomponius 8. in fi. de rei vind.* Et quæ velut imaginarium corpus, personam defuncti repræsentat, ut pro parte testatorem referat, pro parte non referat, fieri nullo modo potest. §. *servus etiam alienus* 2. *I. de hered. instit.* Itaque necesse est, ut hereditas, vel ex testamento, vel ab intestato, universa differatur. *Vult. ad perag. hereditas n. 7. I. eod. Pacius cent. 3. q. 80. Surt. hic n. 8.*

Procedit in paganis, sed non in militibus *l. miles ita* §. *omancipatus de testa milit.* Aliæ exceptiones *in l. arrogatr.* 22. *de ad opt. l. 6. de Vulgur. l. 8. 5. de in offic. test. & Dec. hic, & Socin. D.* 400.

Obsc. Hinc jus accrescendi fuisse introductum: de quo attigi *ad* §. 1. *l.* 28. *de V. S. & fac. l. si certarum.* 17. *de testa. militi. cum. l. sicut. C. eod. & l. herede.* §. *filius famil. de castr. pecul.* Quare si quis in una part bonorum decedat testatus, & in altera intestatus, causa testati trahet ad se causam intestati: hoc est di-

cere: scriptus heres universam hereditatem obtinebit excluso herede legitimo, qui ab intestate successurus fuisset: quia ut est tex.

R.89. Quamdiu potest valere testamentum tamdiu legitimus non admittitur.

Fac. l. qui ex duabus. 53. §. 1. *de acq. vel omin. hered. Bron.* 3 *cent.* 25. *assert.* 4.

R.141. Quod contra. §. 1. Vni, duo pro solido heredes esse, non possunt.

Ratio, quia una res ac eadem possideri in solidum à duobus non potest. Bron. cent. 4. ass. 1. Nec fieri, ut quod ego teneo, tu quoque id videaris tenere; non magis, quam ut tu videaris stare eodem loco, in quo ego sto, *l.* 3. §. *ex contrario* 5. *de acq. poss.* Eadem ratione, nec uni plures heredes singuli in solidum existunt. Nam heres pro domino habetur. Constat autem plures eiusdem rei in solidum dominos non esse. *l. si ut certo* §. *fi. commod. l.* 19. *deprecar. Bron. hic, Socin. fallentias, R.* 24. *D.*

R. 59. Heredem ejusdem juris & potestatis esse, cujus fuit defunctus constat.

Ratio, quia cum heres succedat in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit, jure ipsius utitur, & una quodammodo persona cum illo videtur, adita hereditate *R. hereditas 62. cunctis à me dictis ad l. nihil aliud 24. De V. S. R. qui in 19. 177. §. 1. cum R. nemo. 120. Novel. 48. in præfat. l. 3. §. si quis de hered. instit. cum l. 3. §. si quis de stat. lib.*

Procedit si spectemus ipsam juris interpretationem: non autem si propriam verborum acceptionem, item si casus, in quibus defuncti potestas ad heredem porrigitur; non ab in aliis. *l. omnimodò C. de in offic. test. l. §. C. de revoc. donat. l. 3. de ser. expo. Dec.*

Obs. Quod alia est persona heredis, & alia defuncti & non eadem strictè loquendo *l. qui Roma. §. Augerius. de V. O.* Et vox heredis de priore herede intelligitur in h. R. & in casibus à me relatis *ad l. heredis 65. De V. S.* Nam latè accepta, verum est, quod ait

R. 194. Qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes extiteruut, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes extiterunt.

Cum heredis heres, & deinceps, qui succedunt, licet verbis non sint expressi, heredis appellatione continentur. *l. sciendum. de V. S.* Qua propter de heredibus dicta, tàm de primi gradus successoribus accipiuntur, quam de aliis remotioribus, etiam extraneis. Exemplum *in l. analibus p. de Legat. l V. Gabriel. lib. 6. Concl. 2. & 3.*

Procedit ergo impropriè, non propriè loquendo, attentis limitationibus hic à scriptoribus adductis, *à Pore 4. Concl. 40. à Novell. Reg. I I.* Quò pertinet.

R. 128. In pari. §. 1. Qui in universum jus succedunt, heredis loco sunt.

Quia generaliter eo nomine complectuntur. *Glo. n. pertinent. §. cum ex causa l. n. intelligitur. de jur. fisc. l. 4. C. de bon. prascript. l. 2. C. ad leg. Iul. de vil. quotiens.*

9. §.

9. §. heredesc. 12. de hereds. instit. l. item veniunt. §. fi. de Pet. hered.

R. 193. Omnia ferè jura heredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.

138. Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Ratio est, quod fictione retrò agitur hereditatis aditio, & interim ab hereditate jacente sustinentur vices personæ defunctæ. *l. 41. de reb. cred. l. heres. 54. de acq. hered. l. hereditas 34. de acq. rer. dom. l. mortuo. 22. de Fidejus. l. heres 22. de Usucap. tit. l. de stip. serv. in pr. & l. 28. D. eod. V. Vac. à Vacon. 3. Declar. 48. n. 16. quodque.* ei adquisitum est, heredi adquisitum censetur. *l. heres. 14. de acq. hered.*

Procedit secundum fictionem, non secundum veritatem. *Glo. de l. heres. 54.*

Obs. In fictione de tempore ad tempus translativa requiri extrema habilia *l. denique ex quibus cau. maj. l. huicscrip tura de*

de l. Aquil. l. quoties de novat. Quare quæ tempore mortis testatoris extinguuntur, cum tempore aditionis non reperiantur, ad heredem pertinere non possunt *de l. heres cum Glo. ibi.* Quæque vel non erant tempore mortis, vel inchoari non potuerunt jacente hereditate, fictione non iuvabuntur; patet in adquisitione ususfructus. *l. ususfructus. de stip. servor.* in complectione usu capionis *l. ceptam. 40. de usucap.* Hinc illud verbum Iere in D. R. 193.

R. 6. Non vult heres esse, qui ad alium transferri voluit hereditatem.

Ratio, quia ex cognitione unius contrariorum pervenire solemus ad cognitionem alterius *4. l. in pr. de his qui sunt sui vel al. jur. & 4. l. de tutel. Arist. 2. Reth. & 4. Metaph.* Qui igitur non adiit hereditatem facto aut verbis, animum ejus explicantibus. *§. fi. I. de her. qualit. & differ. & perstrinxi ad l. nihil aliud. 24. de V. S.* Censetur repudiasse, & illicò devolvitur successio ad proximum. *l. fuit quæstionis 24. de acq. vel omit. hered. l. 2. Si*

quis

quis omit. cau. test. l. 1. *&* 2. *C. de repud. hered.*

Obs. Quod qui semel heres, semper heres, est §. *restituta* 3. *& ibi Interpp. l. de fideicom. hered.* §. *extraneis* 5. *l. De hered. qual. & differ. l. ei qui* 88. *in fin. de hered. inst. l.* 3. *eod. & ibi Cujac.* qui rationem adfert: quia substantia heredis mutari non potest. *& tract.* 6. *Ad Afric. in fi.* nec ad alium transferre potest hereditatem mutato consilio. *l. sicut major.* 4. *C. de repud. hered. l.* 7. §. *sed quod* no. *de Minor.* quia ut habet R. 75. Consilium suum in alterius injuriam nemini mutare licet.

R. 120. Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

Ratio, Nemo enim dat, quod non habet, sed id quod habet. *l. traditio de acq. rer. dom. l. si universa C. de Legat.* R. 54. *h. t.* Nec debet melioris esse conditionis heres, quàm fuerit testator, cui succedit R. 160. §. *fi. & R.* 167. cum pro eâdem cum illo persona reputetur. *Novel.* 48. *in præfat.*

Procedit tùm in successionibus, tum in alienationibus. *Iac. l. alienatio de contr. empt.*

empt. l. 13. C. d. action. empt. l. 20. de acq. rer. dom.

Quod si illud non esset, absurdum evitari non posset, de quo etiam.

R. 160. Aliud est. §. 2. Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus est fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

Cum non debeat melioris conditionis esse successor, atque fuit ipsius auctor. *R. 175. §. non debeo.* Effectus enim causæ commensuratur suæ *l. licet §. ea obligatio. de procur.* & qualis hæc, talis ille. *l. in agris. De acq. rer. dom.* ut absurdum evitetur, *juxta l. nam absurdum. de bon. lib. l. 1. §. unde de publ. l. ratas. C. de rescind. vend.* Quare legatarius plus juris non habebit, quàm ipse testator, qui non potuit plus ad alium transferre, quam ipsemet haberet, secundum *R. 54. hic l. si universa 15. C. de legat.*

R. 117. Præter bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.

Ra-

Ratio, cum successionis emolumentum consequantur, tam heres per directã, quam bonorum possessor per utilem actionem: fermè itidem est, bonorum possessorem esse, vel heredem. *l. 1. cum seqq. de bon. poss. & l. in omnibus eod. Ferrar. hic.*

Obs. Eam ob causam has voces sæpe confundi. *l. 3. §. 1. eod. l. hereditas. de V. S. & l. ult. C. Qui admit.* Multùm tamen interesse in adquirenda hereditate, & in ratione succedendi, utrum quis sit heres, an possessor bonorum, ceu advertunt Commentatores *l. eod.* & ex differentijs demonstrant: *etiam ad d. tit. Cod. Mudæus & alij, qui inspiciantur.*

R. 192. Ea quæ in partes dividi non possunt, singula à singulis heredibus debentur. *Infra Clas. 2. c. 5.*

Cap. XI.

DE SUCCESSORIBUS.

R. 54. Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse haberet.

RAtio est, quia natura non patitur, ut plus dare aut tansferre possimus, quàm nosmet habeamus. *d. l. traditio* 20. *de acq. rer. dom. l. si universæ* 15. *C. de Legat.*

Procedit & in actibus inter vivos. *d. l. traditio. l. alienatio* 67. *de contr. empt.* & in ultimis voluntatibus. *R. nemo* 120. *R. In his* 175. §. 1. *R. qui in jus* 177. *hic.* Limitationes subministrabit Decius hic.

Obs. Illud quod dici solet: Nemo dat, quando non habet: intelligi verè, vel interpretativè secundum dispositionem juris: vel quod non habet in actu, nec in potentia. *Exempla in* §. *vendito I. de rer. divis.* §. *contra I. Quib. alien. lic.* §. *fi. I. de Usucap.* §. *ult. I. de offic. judic.*

R. 177. Qui in jus Dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet.

Ratio ex præcedentibus habetur.

Procedit & in successore universali, & in singulari. Ille ejusdem juris & potestatis est, cujus fuerat is, cui succedit. *R.* 59. *l. quædam sunt.* §. *nihil interest. De eden.*

eodem. §. Legatarijs. l. de testa. ordin. Iste succedit saltem in jus illud, quod rei adhæret, quam nactus est. *R.* 150. §. *absurdum. l.* 34. §. *adijcitur. de damn. inf. l.* 1. §. *in Locum. Quod legatur.*

Obs. Realia vitia in quemlibet successorem transire: sed personalia in universalem successorem, non in singularem. *l.* 1. *C. de long. temp. præscript. l. sicut æquum. de act. empt. l. an vitium. de diver. & temp. præscript. l. sed. etsi* 7. §. *prætor ait de publ. ait.*

R. 149. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Ratio est, quia eodem, quo ille jure fruitur & potestate. *d. R.* 59. & secundum naturam est, ut qui commoda sentit, etiam incommoda patiatur. *R. secundum* 10. *V. Gabriel.* 6. *concl.* 11.

Procedit tùm in universalibus, tùm in singularibus successoribus. *l. cum à matre C. de rei vind. l.* 14. *D. eod. l.* 17. *de eviction d. l. Pomponius* 13. §. *cum quis. De acq. poss. l.* 1. & *L. in eum. De instit.*

actione

action. Limitatur in herede inventarium faciente, in donatario, & in aliijs à Regulistis hic productis. *l. fi. §. si præfatam C. de jur delib. l. æris alieni* 15. *C. de Donat.*

R. 10. Secundum naturam est commoda cujusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda.

Concordat. c. qui sentit. eod.

Ratio est æqualitatis observatio, quæ ad conservationem rerum pertinet, quâ sublatâ necesse erit, omnia unâ interire ruinâ. *V. Arist. 2. magn. moral. & Plat. 6. de Legib.*

Procedit etiam à contrario data rationis paritate. Exempla sunt in R. quo tutela, 73. *& D. ex qua persona* 149. In marito *l. dotis fructum de Iur. dot. l. pro oneribus* 10. *C. de dur. dot.* in emptore fundi. §. *cum autem I. de empt. & vend.* in societate. §. *illud. I. De Societ.* in tutela *l.* 1. §. *interdum. De Legit. tutor.* §. *fi. I. De Legit. patr. tut.* in negotiorum gestione *l. si. negotia. De neg. gest. & l. si qui.* §. 1. *Com. divid.*

Obs. Contrariorum eandem esse disciplinam,

plinam. *per tex. hic Glo. in rub. C. de acq. pos. & in l. sciendum in fin. Qui satisd. cogant.* Quod axioma exponitur 1? Ut cognito contrariorum uno, cognoscatur & alterum. *l. 1 De his qui sunt sui vel ali. jur. & tit. 1. eod. in pr. tit. I. De tutel. in pr.* 2. Ut dispositum in eorum uno, etiam locum habeat in altero: quoad decidendum & judicandum concurrente rationis identitate. ut per Bart. hic *& ad l. in fundo.* Sic & Bal. oppositorum eandem esse disciplinam ait, *in l. pen. C. De Sol. & in l. non nudis. in fi. C. de probat.* non valere ab his argumentum, nisi sit eadem ratio. De quibus Everhar. *in loc. argumentor.* 19.

R. 156. Invitus, §. 2. Cum quis in alicujus locum successerit: non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successit.

Ratio est, quia ut ait Ulpianus in

R. 143. Quod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit.

cere: scriptus heres universam hereditatem obtinebit excluso herede legitimo, qui ab intestate successurus fuisset: quia ut est tex.

R.89. Quamdiu potest valere testamentum tamdiu legitimus non admittitur.

Fac. l. qui ex duabus. 53. §. 1. de acq. vel omin. hered. Bron. 3. cent. 25. assert. 4.

R.141. Quod contra. §. 1. Uni, duo pro solido heredes esse, non possunt.

Ratio, quia una res ac eadem possideri in solidum à duobus non potest. Bron. cent. 4. ass. 1. Nec fieri, ut quod ego teneo, tu quoque id videaris tenere; non magis, quam ut tu videaris stare eodem loco, in quo ego sto. *l. 3. §. ex contrario 5. de acq. pos.* Eadem ratione, nec uni plures heredes singuli in solidum existunt. Nam heres pro domino habetur. Constat autem plures eiusdem rei in solidum dominos non esse. *l. si ut certo. §. fi. commod. l. 19. deprecar. Bron. hic. Socin. fallentias, R. 24. D.*

R. 59. Heredem ejusdem juris & potestatis esse, cujus fuit defunctus constat.

Ratio, quia cum heres succedat in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit, jure ipsius utitur, & una quodammodo persona cum illo videtur, adita hereditate *R. hereditas 62. cunctis à me dictis ad l. nihil aliud 24. De V. S. R. qui in 19. 177. §. 1. cum R. nemo. 120. Novel. 48. in præfat. l. 3. §. si quis de hered. instit. cum l. 3. §. si quis de stat. lib.*

Procedit si spectemus ipsam juris interpretationem: non autem si propriam verborum acceptionem, item si casus, in quibus defuncti potestas ad heredem porrigitur; non ab in aliis. *l. omnimodò C. de in offic. test. l. §. C. de revoc. donat. l. 3. de ser. expo. Dec.*

Obs. Quod alia est persona heredis, & alia defuncti & non eadem strictè loquendo *l. qui Roma. §. Augerius. de V. O.* Et vox heredis de priore herede intelligitur in h. R. & in casibus à me relatis *ad l. heredis 65. De V. S.* Nam latè accepta, verum est, quod ait

R. 194. Qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes extiteruut, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes extiterunt.

Cum heredis heres, & deinceps, qui succedunt, licet verbis non sint expressi, heredis appellatione continentur. *l. sciendum. de V. S.* Qua propter de heredibus dicta, tàm de primi gradus successoribus accipiuntur, quam de aliis remotioribus, etiam extraneis. Exemplum *in l. analibus p. de Legat. l V. Gabriel. lib. 6. Concl. 2. & 3.*

Procedit ergo impropriè, non propriè loquendo, attentis limitationibus hic à scriptoribus adductis, *à Pore 4. Concl. 40. à Novell. Reg. I I.* Quò pertinet.

R. 128. In pari. §. 1. Qui in universum jus succedunt, heredis loco sunt.

Quia generaliter eo nomine complectuntur. *Glo. n. pertinent. §. cum ex causa l. n. intelligitur. de jur. fisc. l. 4. C. de bon. praescript. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi l. quotiens.*

9. §.

9. §. heredesc. 12. de hereds. instit. l. item veniunt. §. fi. de Pet. hered.

R. 193. Omnia ferè jura heredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.

138. Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Ratio est, quod fictione retrò agitur hereditatis aditio, & interim ab hereditate jacente sustinentur vices personæ defunctæ. *l. 41. de reb. cred. l. heres. 54. de acq. hered. l. hereditas 34. de acq. rer. dom. l. mortuo. 22. de Fidejus. l. heres 22. de Vsucap. tit. I. de stip. serv. in pr. & l. 28. D. eod. V. Vac. à Vacon. 3. Declar. 48. n. 16. quodque.* ei adquisitum est, heredi adquisitum censetur. *l. heres. 14. de acq. hered.*

Procedit secundum fictionem, non secundum veritatem. *Glo. de l. heres. 54.*

Obs. In fictione de tempore ad tempus translativa requiri extrema habilia *l. denique ex quibus can. maj. l. huic scriptura de*

de l. Aquil. l. quoties de novat. Quare quæ tempore mortis testatoris extinguuntur, cum tempore aditionis non reperiantur, ad heredem pertinere non possunt *de l. heres cum Glo. ibi.* Quæque vel non erant tempore mortis, vel inchoari non potuerunt jacente hereditate, fictione non iuvabuntur; patet in adquisitione usus fructus. *l. usus fructus. de stip. server.* in complectione usu capionis *l. captam. 40. de usucap.* Hinc illud verbum Iere in D. R. 193.

R. 6. Non vult heres esse, qui ad alium transferri voluit hereditatem.

Ratio, quia ex cognitione unius contrariorum pervenire solemus ad cognitionem alterius *4. l. in pr. de his qui sunt sui vel al. jur. & 4. l. de tutel. Arist. 2. Reth. & 4. Metaph.* Qui igitur non adiit hereditatem facto aut verbis, animum ejus explicantibus. *§. fi. I. de her. qualit. & differ. & perstrinxi ad l. nihil aliud. 24. de V. S.* Censetur repudiasse, & illicò devolvitur successio ad proximum. *l. fuit quæstionis 24. de acq. vel omit. hered. l. 2. Si*

quis

quis omit. cau. test. l. 1. & 2. C. de repud. hered.

Obs. Quod qui semel heres, semper heres, est §. *restituta 3. & ibi Interpp. l. de fideicom. hered. §. extraneis 5. l. De hered. qual. & differ. l. ei qui 88. in fin. de hered. inst. l. 3. eod. & ibi Cujac.* qui rationem adfert: quia substantia heredis mutari non potest. *& tract. 6. Ad Afric. in fi.* nec ad alium transferre potest hereditatem mutato consilio. *l. sicut major. 4. C. de repud. hered. l. 7. §. sed quod* no. *de Minor.* quia ut habet R. 75. Consilium suum in alterius injuriam nemini mutare licet.

R. 120. Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

Ratio, Nemo enim dat, quod non habet, sed id quod habet. *l. traditio de acq. rer. dom. l. si universa C. de Legat.* R. 54. *h. t.* Nec debet melioris esse conditionis heres, quàm fuerit testator, cui succedit *R. 160. §. fi. & R. 167.* cum pro eâdem cum illo persona reputetur. *Novel. 48. in præfat.*

Procedit tùm in successionibus, tum in alienationibus. *Iac. l. alienatio de contr. empt.*

empt. l. 13. C. d. action. empt. l. 20. de acq. rer. dom.

Quod si illud non esset, absurdum evitari non posset, de quo etiam.

R. 160. Aliud est. §. 2. Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus est fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

Cum non debeat melioris conditionis esse successor, atque fuit ipsius auctor. *R. 175. §. non debeo.* Effectus enim causæ commensuratur suæ *l. licet §. ea obligatio. de procur.* & qualis hæc, talis ille. *l. in agris. De acq. rer. dom.* ut absurdum evitetur, *juxta l. nam absurdum. de bon. lib. l. 1. §. unde de publ. l. ratas. C. de rescind. vend.* Quare legatarius plus juris non habebit, quàm ipse testator, qui non potuit plus ad alium transferre, quam ipsemet haberet, secundum *R. 54. hic l. si universæ 15. C. de legat.*

R. 117. Præter bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.

Ratio, cum successionis emolumentum consequantur, tam heres per directã, quam bonorum possessor per utilem actionem: fermè itidem est, bonorum possessorem esse, vel heredem. *l. 1. cum seqq. de bon. poss. & l. in omnibus eod. Ferrar. hic.*

Obs. Eam ob causam has voces sæpe confundi. *l. 3. §. 1. eod. l. hereditas. de V. S. & l. ult. C. Qui admit.* Multùm tamen interesse in adquirenda hereditate, & in ratione succedendi, utrum quis sit heres, an possessor bonorum, ceu advertunt Commentatores *l. eod.* & ex differentijs demonstrant: *etiam ad d. tit. Cod. Mudæus & alij, qui inspiciantur.*

R. 192. Ea quæ in partes dividi non possunt, singula à singulis heredibus debentur. *Infra Clas. 2. c. 5.*

CAP. XI.

DE SUCCESSORIBUS.

R. 54. Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse haberet.

Ratio

Ratio est, quia natura non patitur, ut plus dare aut tansferre possimus, quàm nosmet habeamus. *d. l. traditio* 20. *de acq. rer. dom. l. si universæ* 15. *C. de Legat.*

Procedit & in actibus inter vivos. *d. l. traditio. l. alienatio* 67. *de contr. empt.* & in ultimis voluntatibus. *R. nemo* 120. *R. In his* 175. §. 1. *R. qui in jus* 177. *hic.* Limitationes subministrabit Decius hic.

Obs. Illud quod dici solet: Nemo dat, quando non habet: intelligi verè, vel interpretativè secundum dispositionem juris: vel quod non habet in actu, nec in potentia. *Exempla in* §. *vendito I. de rer. divis.* §. *contra I. Quib. alien. lic.* §. *fi. I. de Usucap.* §. *ult. I. de offic. judic.*

R. 177. Qui in jus Dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet.

Ratio ex præcedentibus habetur.

Procedit & in successore universali, & in singulari. Ille ejusdem juris & potestatis est, cujus fuerat is, cui succedit. *R.* 59. *l. quædam sunt.* §. *nihil interest. De eden.*

eden. §. *Legatarijs. l. de testa. ordin.* Iste succedit saltem in jus illud, quod rei adhæret, quam nactus est. *R.* 160. §. *absurdum. l.* 34. §. *adijcitur. de damn. inf. l.* 1. §. *in Locum. Quod legator.*

Obs. Realia vitia in quemlibet successorem transire: sed personalia in universalem successorem, non in singularem. *l.* 1. *C. de long. temp. præscript. l. sicut æquum. de act. empt. l. an vitium. de diver. & temp. præscript. l. sed. etsi* 7. §. *prætor ait de publ. ait.*

R. 149. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Ratio est, quia eodem, quo ille jure fruitur & potestate. *d. R.* 59. & secundum naturam est, ut qui commoda sentit, etiam incommoda patiatur. *R. secundum* 10. *V. Gabriel.* 6. *concl.* 11.

Procedit tùm in universalibus, tùm in singularibus successoribus. *l. cum à matre C. de rei vind. l.* 14. *D. eod. l.* 17. *de evictio. d. l. Pomponius* 13. §. *cum quis. De acq. poss. l.* 1. *& L. in eum. De instit.*

actione

plinam. *per tex. hic Glo. in rub. C. de acq. poss. & in l. sciendum in fin. Qui satisd. cogant.* Quod axioma exponitur 1? Ut cognito contrariorum uno, cognoscatur & alterum. *l. 1. De his qui sunt sui vel ali. jur. & tit. l. eod. in pr. tit. l. De tutel. in pr.* 2. Ut dispositum in eorum uno, etiam locum habeat in altero: quoad decidendum & judicandum concurrente rationis identitate. ut per Bart. hic *& ad l. in fundo.* Sic & Bal. oppositorum eandem esse disciplinam ait, *in l. pen. C. De Sol. & in l. non nudis. in fi. C. de probat.* non valere ab his argumentum, nisi sit eadem ratio. De quibus Everhar. *in loc. argumentor.* 19.

R. 156. Invitus, §. 2. Cum quis in alicujus locum successerit: non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successit.

Ratio est, quia ut ait Ulpianus in

R. 143. Quod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit.

Et è contra. *Relegantur quæ supra ad § 3. hujus Regulæ cap. 8.* Cum successor auctoris sui jure uti debeat. *d. R.* 177. Facit etiam; quod subrogatum sapit naturam subrogati. *l. item veniunt. §. prædiximus De pet. hered. §. fuerat I. de action.*

Procedit non solum in contractibus, sed etiam in habentibus vel ex testamento, vel ex legato causam ab ipso defuncto. *l. si rem legatam 6. De except. l. cum heres. de divers. & tempo. præscript.*

ANACEPHALÆOSIS PRIMÆ CLASSIS.

PRocreantur homines ex maris & feminæ conjunctione, cujus gratiâ honestas, nuptiæ, jura sanguinis, considerantur: nec divertisse, quæ brevi reversa est ad virum suum.

Nati omnes, liberi quidem sunt secundum naturam; sed jus gentium servos constituit, qui etsi pro nullis reputentur, dominorum tamen conditionem facere meliorem possunt. Res abjecta servitus, & mortalitati ferè comparata; libertas autem


autem inæstimabilis, cujus summus ubiq; favor.

Liberi, vel alieni juris sunt, vel sui. Illi sub patria potestate, non sibi adquirunt, sed parentibus, cum quibus eadem persona censentur. Isti ob ætatem, aut vitium corporis, aut animi: quales muti, surdi, furiosi, prodigi: à tutore, aut curatore reguntur, quo auctore, omnia possunt.

Personæ, non ex actibus modò inter vivos jura nanciscuntur, uti possessiores, emptores, fidejussores, expromissores, socij, creditores, debitores: verum etiam ex actibus mortis causa, uti testatores, heredes successores.

Et hæc de personis, primo Juris nostri objecto.

Finis I. Classis.



SCHEMA SECUNDÆ CLASSIS.

DE REBUS.

Cùm res, sive corporales, sive incorporales, sint propter personas, & distinguantur in dominia & obligationes, ideò

CAP. I. De Privilegijs & beneficijs.

R. 196. Privilegia.
191. Neratius.
68. In omnibus.
69. Invito.
156. Invitus. §. fi. Quod.

CAP. II. De Servitutibus Prædiorum.

R. 61. Domum.

CAP. III. De Donationibus.

R. 53. Cujus per errorem.
82. Donari.
163. Cujus est.

165. in

165. in fi. Cui autem.
167. Non videtur.

Cap. IV. De Usucapionibus.

R. 136. Bona fides.
137. Qui auctore.
153. ver. Ut igitur.

Cap. V. De Testamentis & Legatis.

R. 89. Quamdiu.
12. In testamentis.
17. Cum tempus.
181. Si nemo,
120. Quæ ab initio.
201. Omnia quæ.
192. Ea quæ in partes.
18. Quæ legata.
160. Aliud. §. 2. absurdum.

Cap. VI. De Hereditatibus ex testamento, & de repudiatione.

R. 62. Hereditas.
138 Omnis hereditas.
181. Si nemo.
6 Non vult.
174. Qui potest. §. 1. Quod quis.
3. Ejus est nolle.
91. Quoties duplici.

CAP. VII. De Hereditatibus ab Intestato.

R. 89. Quamdiu potest.
187. Si quis prægnantem.
73. Quò tutela.

CAP. VIII. De Bonorum possessionibus.

R. 117. Prætor.
136. Bona fides.

Communia contractuum, conventionum & obligationum.

CAP. IX. De Facultate contrahendi.

R. 19. Qui cum alio.
22. In personam.
5. In negotijs.
26. Qui potest.
165. Cum quis possit.
205. Plerumque v. quod.

CAP. X. De voluntate & consensu.

R. 76. In totum.
124. Ubi non voce.

40. Fu-

40. Furiosi.
124. §. 1. Furiosus.
116. Nihil. & §. 2. non videntur.
142 Qui tacet.
75. Nemo potest.
74. Nemo debet.

Cap. XI. De rebus & factis.

R. 185. Impossibilium.
135. Ea quæ dari.
31. Verum.
188 Ubi pugnantia. §. 1. quæ rerum.
182. Quod nullius.
197. Semper in

Cap. XII. De Forma.

R. 23. Contractus.
27. v. obligationum causæ.
159. Non ut ex pluribus.
171. Nemo ideo.

Cap. XIII. De translatione jurium.

R. 54. Nemo plus juris.
11. Id quod nostrum.

Obligationes, aliæ ex contractu sunt, aliæ et quasi contractu: illæ, re, verbis, literis, consensu, contrahuntur.

Cap. XIV. De obligationibus re contractis.

Commodato.

R. 23. v. commodatum.

Depositio.

45. Depositum rei.

23. V. Depositum.

Pignore.

72. Fructus rei est.

25. Plus cautionis.

45. Pignus rei.

23. v. Pignus.

158. Creditor.

Precario.

45. Precarium rei.

23. v. precarium.

Cap. XV. De obligationibus verbis contractis Stipulatione.

73. §. 4. Nec stipulando.

18. circa fi. Nam &.

19. Si Filiusfam.

37. Cum tempus. v. In stipulationibus.

144. §. 1. In stipulationibus.

161. In fi. Stipulationes.

34. In omnibus obligationibus.

Correis & fidejussoribus.

173. §. 2. Unicuique.

92. Si Librarius.

Cap. XVI.

Cap. XVI. De obligationibus consensu contractis.

Emptione & venditione.

163. Cui jus.
165. Cum quis.
26. Qui potest.
45. Emptio rei.
16. Imaginaria.
160. Aliud est vendere.
172. In contrahenda.
119. Non alienat.
139. Omnes. §. 1. Non videtur.
190. Quod evincitur.
23. v. Venditio dolum.

Locatione & conductione.

45. Locatio rei.
23. v. Locatio dolum.

Societate.

47. §. 1. Socij.
23. v. Societas dolum.
10. Secundam naturam.

Mandato & ratihabitione.

60. Semper qui.
180. Quod jussu.
60. v. Sed si.
152. §. 1. dejecit. §. 2. In maleficio.
23. v. mandatum dolum.

Cap. XVII. De obligationibus ex quasi contractu.

Negotiorum gestione.

23. Negotiorum gestio.

36. Culpa est.

Tutela administratione.

23. v. tutela dolum.

Communione rerum.

23. v. communio rerum.

Indebito.

53. Per errorem.

84. Cum amplius.

Accidentia contractibus, & obligationibus.

Cap. XVIII. De casu fortuito, culpa, imperitia, errore.

R. 23. in fi. Animalium casus.

36. Culpa est.

50. Culpa caret.

132. Imperitia.

116. §. 2. Non videntur.

Cap. XIX. De Dolo & fraude.

R. 79. Fraudis.

177. §. 1. Nemo videtur.

55. Nullus videtur.

129. Nihil dolo.

157. Ad ea. §. 1. Semper.

145. Nemo videtur.

167. §. Qui jussu.

199. Non potest.

Cap. XX.

Cap. XX. De tempore, mora, & quod interest.

R. 14. In omnibus.
186. Nihil peti.
39. Quod initio.
88. Nulla.
63. Qui sine.
99. Non potest.
173. §. 2. Unicuique.
39. In omnibus causis.
161. In jure civili.
24. Quatenus.

Cap. XXI. De obscuris, dubijs, ambiguis, & repugnantibus.

R. 9. Semper in obscuris.
41. Non. §. 1. In re obscura.
168. Capienda. §. 1. Quod actum.
56. Semper in dubijs.
81. Quæ dubitationis.
94. Non solent.
96. In ambiguis.
67. Quotiens idem.
188. Ubi repugnantia.
73. §. 3. Quæ in testamento.

Cap. XXII. De toto & parte.

R. 113. In toto & pars.
110. In eo quod plus.
147. Semper specialia.

148. Cujus effectus.
192. Ea quæ in partes.

CAP. XXIII. De raro & frequenter accidentibus, & de more regionis.

R. 64. Ea quæ rarò.
115. In obscuris.
34. Semper in.

CAP. XXIV. De Æquitate.

R. 85. In ambiguis. §. Quotiens.
90. In omnibus.
183. Et si nihil.

CAP. XXV. De Singularibus.

R. 141. Quod contra.
162. Quæ propter.

Modi quibus obligationes tolluntur.

CAP. XXVI. De obligationibus tollendis.

R. 153. Ferè.
100. Omnia quæ.
Solutione.
129. Nihil dolo.
180. Quod jussu.
173. §. cum verbum.
Acceptilatione.
77. Actus legitimi.

Vo-

Voluntate contraria.

35. Nihil tam naturale.

Obligationes aliæ ex delicto sunt, aliæ ex quasi delicto.

Cap. XXVII. De Delictis,

R. 134. Non. §. 1. Nemo ex suo.
155, Factum cuique.

Furto, & injuria.

131. Pupilium.

Rapina.

126. Prædo non est.


Damno.

169. Is damnum.
121. Qui non facit.

Cap. XXIIX. De quasi Delictis.

R. 132. Imperitia.
152. Hoc. §. 1. dejecit.
§. 2. In maleficio.

Anacephalæosis.



CLASSIS II.

DE JURE RERUM.

Cap. I.

DE PRIVILEGIIS ET BENEFICIIS.

R. 196. Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ. Et ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ verò personæ sunt, ad heredem non transeunt.

RAtio, qua personalia, non egrediuntur personam, sed cum ea extinguuntur. *c. privilegium ex eod.* ✠. *& ibi Bart. de Const. princ.* (.Limitationes proponit Novell. reg. 161.) Habet enim se persona, tanquam basis cui insistit privilegium, quâ sublatâ & hoc corruere necesse est. Hinc in-

R. 191. Neratius consultus: an quod beneficium dare se quasi viventi Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse

dediſſe exiſtimaretur? reſpondit, non videri &c. quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, principis æſtimationem eſſe.

Nam ut habet

R. 68. In omnibus cauſis id obſervatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ, beneficium quoque deficiat. Ubi verò genus actionis, id deſiderat: ibi ad quemvis perſecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilij.

Ratio ſemper tranſit res cum ſua cauſa, & ſic privilegium reale, ad quovis heredes. *l. pen. de relig. & ſumpt. fun.* Exemplum perſonalis, ſit beneficium prælationis *l. in C. de privil. dot. l. f. d. exceptis, Qui pot. in pign. Matth. hic Bron. 4. cen. 90.* Realis, ſit beneficium Legis ſecundæ Codoe reſcinda. vendit. *Giphan. hic eod. l. 16. Iachin. 2. cont.* 16.

Obſ. Indubio, utrum reale, non perſonale? Ponderandum eſt, & odium, & favor

favor. Nam si contra jus commune, vel in alterius præjudicium vergat, censebitur personale: quia odia restringenda. *c. odia. de R. I. l. 2. §. is qui à principe. Ne quid in loc. publ.* Sin autem contineat beneficium nullius jus lædens, censebitur reale: quia favores ampliandi. *D. c. odia & ibi Dyn. l. cum quidam de Liber. & posth. & arg. l. quoties eod.*

R. 69. Invito beneficium non datur.

Ratio, quia cum nemo cogatur invitus crescere, & liberum sit cuique juri ac favori pro se introducto renuntiare *l. pen. C. de pact. l. pen. C. de episc. & cler;* rectè sequitur, invito atque nolenti beneficium non conferri *l. hoc jure 19. §. non potest 2. de Donat.* Sic in

R. 156. §. fi. Quod cuique pro eo præstatur, invito non tribuitur.

Procedit in beneficiis à jure alicui concessis, quibus invitus, uti non cogitur *l. si. judex de Minor. l. vult §. pen. Ad. Sc. Vell.* Secus est in beneficiis sic concessis, ut alterius etiam jure sive publicè, sive privatim intersit, patet in liberatione *l. solu-*

tione

tione & l. solvere. de solut. d. 1. l. Quib: mod. tol. obligat. in dignitate *l. 3. d. præses de muner. & honor. in alijs secundari d. pro- futuris.*

CAP. II.

DE SERVITUTIBUS PRAEDITORUM.

R. 61. Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.

RAtio, quia ædificare est naturalis liberatis, *atque §. 1. l. de rer. divis.* quâ tamen sine cujusquam præjudicio uti oportet. *arg. R. non debet 74.* Quare si invito vicino reficiendo officere non licet, multò minus opus inchoando: quia cui quod minus, & majus vetitum est. R. *non debet 22.* Etenim aliud est reficere, & pristinam ad forman reducere; aliud de novo facere, & extruere. *l. 3. §. 15. de itin. actu. privat. l. 1. de via publ. l. 4. §. si quis mihi: si servit vind.* Sed qui jus habet, sive servitutem, ita reficere & ædi-

ædificare potest, ut vicino etiam invito neceat: quia qui jure utitur suo, damnum facere non dicitur. *l. 6. de Servit. urb. præd.* nec dolo. *R. nullus. 55. h. 4.*

Procedit igitur distinguendo, inter habentem, & non habentem, servitutem.

Obs. Liberum quidem esse cuique in infinitum ædificare, quia hoc in genere naturalis est Libertatis; sed quandoque modus ædificandi, rectè à jure civili per servitutem vel restringi, vel ampliciari. *uti Comment. ad D. 4. l. & D. de rer. divis. Cujac. 9. ad Afr. l. si priusquam. de nov. ope. nunt.* Item Invitum in servitutibus accipi, non de eo solum, qui non contradicit; verum & de illo etiam, qui non consentit. *l. 1. de servit. prædior quia.* servitus, nec imponi, nec tolli potest sine consensu. *Connan. lib 4. cap. 9.*

Cap. III.

DE DONATIONIBUS.

R. 53. Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est.

Ratio

RAtio, quia datum ſcienter & ſponte indebitum ſcienti & acceptanti, donationem producit, & repetitioni, locus non eſt, ob concurſum utriusque conſenſus *l.* 2. *&* 19. *de Donec. l. qui fundum.* 7. *d. ſervus, Pro empt. l.* 1. *de cond. indeb. Matth. hic.*

Procedit cum nulla alia conjectura capi poteſt, & etiam in debito principali ſcienter ſolito: ſed in dubio, non præſumitur donatio. *l. campanus. de ope. lib. L. cum de indebito. deprobat.* nec in uſuris principali debito acceſſorijs, quia moleſtiæ avertendi cauſa ſolutæ cenſentur. *Bart in l. ſi non ſorte. §. ſi quis falſo. de cond. indeb. Dec. n.* 3. *&* 4.

R. 82. Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur.

Ratio, quia donatio propriè tunc eſt, quando nullo jure, neque civili, neque prætorio neque naturali coacti donamus. *tex in l. donari.* 29. *de Donat.* Unde donari id demum videtur, quod ex ſola liberalitate, & mera munificentia conſtat. *l.* 1. *eod. l. rem legatam.* 18. *de adim. leg.*

ſturt.

Sturt. videri possunt. quæ posui sub. l. munus. 18. De V. S.

Procedit in donationibus simplicibus, he abstractis, ab omni materiâ externæ causæ, subjectum alterante, & beneficentiam excludente. Neutiquam in donationibus ob causam, uti sunt donatio propter nuptias, & dos ; ad quas potest quis cogi. *Zoes ad t. de donat. in pr.*

R. 163. Cujus est donandi : eidem & vendendi, & concedendi jus est.

Ratio, quod donare possunt omnes, tam inter vivos, quam mortis causâ, qui liberam habent facultatem de rebus suis disponendi. *arg. l. in re. mandata 21. C. Mand. & l. cum pius tor. de Iudic.* Qui autem illam non habent, nec assensum donationi præbere possunt: quemadmodum ait seq.

R. 165. in fi. Cui donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius voluntatem habendam.

Nam quod non est concessum, intelligitur

ligitur prohibitum. *arg. l.* 1. *de Colleg. illicit.* & *nihil* operatur voluntas, cui leges resistunt. *arg à contr. Novell.* 22. *c.* 2. *v. disponat. l. contraxisse de A.* & *O.*

R. 167. Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

Ratio, quia dare hic propriè accipitur, & significat dominium transferre, & accipientis facere. *Legi queunt quæ dixi ad l. dedisse* 76. *De V. S. l. ubi autem* §. *fin. De V. O.* & §. *sic itaque I. de action.*

Procedit in donationibus inter vivos, non in mortis causa. Illis enim sic donatur, ut statim fiat accipientis, nec revocari temerè possit. §. 2. *I. de Donat.* Istis autem secus: ceu legenti paret. *ex* §. 1. *I. eod.* & *tit. de D. donat.*

Obs. Vtramque speciem referri ad donationem verè & propriè dictam: sicut & remuneratoria: licet enim ad ἀντίδωρα quisque naturaliter obligetur. *l. sed & si.* 25. §. *consuluit. de petit hered. quia* compedes invenit, qui beneficium. *Arist.* 2. *polit.* ea tamen causa merè honestatis & gra-

& gratitudinis cum sit veræ donationis rationem, nec impedit, nec alterat. *Zoes. eod. n. 4.*

Cap. IV.

DE USUCAPIONIBUS.

R. 136. Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum rei veritas, quotiens Lex impedimento non est.

HOc est dicere, quod prætor tantum tribuit bonæ fidei possessori, quantum jus civile domino. Ratio est favor possessoris. *D. D. RR.* 126. §. *fi.* & 128. *supra. Clas.* 1. *cap.* 7. Sic eum qui rem à non domino traditam bona fide accepit, nec dum usuceperit, loco domini habet datâ publicianâ ad rem persequendam, ac si dominus factus fuisset. *to. tit. de publ. in rem act.* §. 4. *I. de Act.* & *ibi Bachov.* & *Disput.* 3. *de actt thes.* 16. *cum seq.*

Procedit ut bonæ fidei possessor in omnibus loco domini habeatur; nisi lex impedimento sit. Hinc fructus naturales con-

consumptione non facit suos *l. fructus 45. de Usur. & ibi Pac. in not. §. si quis 36. I. de rer. divi. & ibi Cujac. & ad l. sequitur. 4. §. fructus. 5. de usu*, Donell. *lib. 4. comm. cap. 25.*

R. 137. Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

Ratio est, nec auctoritas judicialis vilipendatur: *arg. c. dillectus* 11. X. *de pan.* quâ nemo decipi debet. Quare qui sic comparavit, dolo fecisse non videtur. Unde ait l. 11. de acquir. vel omitt. possess. justè eum possidere, qui auctore prætore possidet. *Iac. l. 7. §. 4. de Iurisdict. cum R. non videtur. 167. §. qui jussu.* Judex enim cum Iustitiæ sit antistes *arg. l. 1. §. 1. de I. & I.* eam semper præ oculis habere creditur. *arg. l. 1. quod si Ephor. de eo quod erit loc.* & justam illam esse possessionim. *l. 3. cum seqq. de Public.*

Procedit in materia justa, & in dubio: non autem si de injustitia constet. *Bart. in l. prohibitum C. de Iur. Fisc. lib. x.* vel si extra officium suum procedat. *Glos. hic, & fac. l. fi. de Iurisdict.*

R. 153.

R. 153. Fere quibuscunque modis obligamur, ijsdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio adquiri, nisi, animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumq; in contrarium actum est. *Concordat. l quemadmodum de acq. vel. omit. poss.*

Ratio est in ipsa regula, & in R. nihil tam naturale. *35. Juncto. c. omnis res ex eod.* quia eo genere quidque dissolvitur, quo colligatum est. Procedit communiter.

Obs. Possessionem consistere copulativè in animo & corpore. *l. 1. d. 3. l. 3. peregrè 44. de & l. nemo* 10. *C. eod.* utroque retineri *l. qui bona 19. D. L. 4. C. eod.* Animo quidem nostro solo, corpore verò tam nostro, quam alieno *de l. 3. d. 12. l. generaliter 9. & l. ul. C. eod.* Animo solo, vel corpore solo, nec adquiri, nec amitti. *pracitt. LL. V. Donell. comm. 6. & seqq.*

CAP. V.

Cap. V.
DE TESTAMENTIS ET LEGATIS.

R. 89 Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus heres non admittitur.

Ratio est, quia provisio hominis facit cessare provisionem legis. *l. fi. in fi. C. de pact.* cùm illius ultima voluntas lex sit, quæ servanda, secundum Leg. XII. tabb. uti legassit quisque de sua re, ita jus esto. *Novell. 22. c. 2, in pr.* cùm id publicè expediat, *ut statim ad subseq. R. 12. Bron. 3. cen. 42.*

Obs. Quod causa testati potior est, quàm causa intestati. *l. quamdiu 3. l. quamdiu 39. & ibi Gothofr. de acq. vel amit. hered.* dummodo testamentum sit justum, nec tale, ut rumpi possit. *l. in plurium. 70. eod. l. 2. C. unde lib. antequam. 8. l. Comm. de Success.*

R. 12. In testamentis pleniùs voluntates testantium interpretamur.

Ratio est, ut suprema hominum judicia exitum habeant, cùm hoc publicè, conducat. *l. vel negare. Quemad. testa. aper.* & *l. testamenti factio. De testam.* & latissimè interpretentur verba quoties de publico interesse tractatur. *Dec. hic.*

Procedit cum de mente testatoris constat. *l. non aliter. De Leg. 3. Curt. Iun. ad l. qui se patris. C. Unde lib.* Sed distinguendum est. Vel constat per conjecturas, & mens testantis servanda est. *l. 3. C. De lib. prater.* Vel non constat, & subdistinguendum; aut concurrunt propria & impropria verborum significatio, & illi standum est. *eo. l. non aliter*: aut duæ propriæ & standum est minimum importanti. *l. nummis. De leg. 3. l. apud Iulianum. §. socio. cum l. seq. De Leg. I.*

Obs. Vulgatam Juris regulam *in c. cum dilecti* ✠. *De donat.* In contractibus plenam, in testamentis pleniorem, in beneficijs plenissimam interpretationem esse faciendam. De contractibus videatur. *l. 3. §. si vinum cum l. 6. De vin. & tut. legat.* & *l. 14. cum seq. eod.* & *qua dixi ad l. Urbs. 2. in pr. De V. S.* De testamentis

tis videtur *l. legatis 6. & ult. De alim. & cib. leg. & quæ dixi ad l. verbo victus. 43. De V. S. jungatur l. cum hi. §. qui transigit. De transact.* De Beneficiis videtur *l. 3. de const. princip. & l. 2. C. De bon. vacant. lib. X. l. 35. §. 3. C. de donat. & Perez. in prælect. d. t. Cod. num. 5.*

R. 17. Cum tempus in testamento adjicitur, credendum est, pro herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris.

Ratio est favor ipsius heredis. qui in multis cùm vice defuncti gravetur, meritò relevari etiam in aliquo debet. *Sturt. hic.* Quippe gravatus in uno, in alio est revelandus. *L. cum qui. De Iure jur. Auth. contra qui proprium. C.* De *non num. pec.*

Procedit, nisi expresse, aut tacitè aliud colligatur, aut cuiquam præjudicetur. *l. si ita. §. Pegasus. De Leg. 2. l cum pater. §. à filia. eod. l. uxorem. §. sejum. De Leg. 3. l. in fidei commissi. §. cùm Pollidias. De Usur.*

Obſ. Favorabiliorem eſſe heredem; quàm legatarium. *l. pen. De opt. leg. l.* 1. *C. comm. de Legat.* & in illius eſſe arbitrio, ante tempus illud, vel in ipſo tempore, legatum, ſolvere, & medij temporis fructus lucrari. *d. l. ſi ita. d. l. penul. l. cum qui. De ann. lega. l. poſt mortem. C. De fideicom.*

R. 181. Si nemo ſubijt hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur.

Ratio, quia heredis inſtitutio eſt fundamentum ipſius teſtamenti, nullum enim valet teſtamentum, quod heredem non habet. §. *ante heredis.* 34. *I. De legat. & ibi Bacho. Cuiac. ad l.* 1. *De hered. inſtit.* §. 3. *I. de ex hered. lib. l.* 1. *in fi. De vulg. ſubſtit. l. ult. De jure codicil.* §. 1. *I. de milit. teſta.*

Procedit, niſi hereditas habeatur pro adita, & alijs caſibus, qui apud Dec. *hic. à Soc. R.* 12. *in addit. Iaſon. in l. eam quam. C.* De *fideicom.*

Obſ. Quod hereditate ex teſtamento non adita, non valent ipſo jure, datio libertatis, aut tutoris, nec debentur legata,

gata, aut fideicommissa. *l. Papinianus.* §. *penul. & ult. De inoff. testam. l. si nemo. De test. tut.*

R. 210. Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest.

Ratio, quia tempus institutionis consideratur, quæ si principium habeat vitiorum, non potest tractu temporis convalescere *juxta R.* 29. & quod subsequitur tale primordium, necesse est, eandem morbi contagionem contrahere. *E. verbar. Loc. à destruct. antecedent.*

Procedit si defectus sit in substantialibus. *non autem in accidentalibus l. qui solvendo:* 42. *& 62. & ibi. Bart. de hered. instit. fac. l. pignori. eod. d. l. Papinianus. de inoffic. test. l. ejus qui de testam.* §. 1. *1. de exhered. liber. Dec. hic.*

Obs. Quod heres rectè & justè ac deinritè & legitimè institui debet, uno contextu tempore eodem, nullo extraneo interveniente actu, & eorum testibus ad hoc rogatis. *l.* 4. *l. qui testamento* 20. §. 8. *& 9. l. heres.* 21. *Qui test. fac. poss. l.*

21. & 28. C. De testam. §. sed cum I. De testam. ordinand.

R. 201. Omnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statim eventus capiunt, si initio quidem sine vitio cœperint.

Ratio est, quia origo cujusque actus respicienda, ut utilis an inutilis sit, perspiciamus. *arg. l. 3. C ad Maced l. quacunque 11. De O. & A. l. quid ergo. De his qui not in fam.* Nam quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. *d. R. 29.*

Obs. Testamentum legitimè factum non infirmari, nec quæ ex eo proficiscuntur, licet aliquod supervenerit impedimentum, ceu furor, captivitas, *& c. §. præter. I. quib. non est perm. fac. test.* Quia actus perfectus non vitiatur per id, à quo incipere non potuit. *l patre furioso. Qui sunt sui, vel alien. jur. Dec. ad R. 211.*

R. 192. Ea quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis heredibus debentur.

Pro-

Procedit in individuis, non individuis. In istis, pro sua quisque portione convenitur veluti si summa, aut certa species debeatur *l. 9. §. 1. de Solution. l. 2. C. de heredit. action.* In illis, singuli in solidum tenentur, veluti in servitutibus viæ, actus, aquæ ductus, in factis. *l. viæ 17. de servitut. l. u. §. 24. De leg. 3. l. ult. de servit. legat Legantur quæ de obligationibus dividuis ac individuis attigi ad §. 1. l. 5. De V. S.* Non enim ex persona heredum conditio obligationis immutatur. *l. 2. §. 2. De V. O.* E contra heredes stipulatoris, ex illius stipulatione singuli in solidum agere possunt, si quid in divisum hereditati debeatur: quia stipulatio in heredes transit. *Cuiac. ad l. 2. De V. O.*

R 18. Quæ legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos ijs, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus aliter, atque stipulati sumus.

Ratio est, quia quædam legata sunt transmissibilia, uti quæ purè vel in diem

relinquuntur *l. si post. d. pen. cum l. penul. Quando. die. leg. ced. & l. 1. d. cum igitur. C. eod.* Quædam vero non transmissibilia, uti quæ sub conditione relinquuntur. *l. un. d. sin autem. C. de caduc. toll. & d. l. si post. §. ad nec.* Quare cùm legata eo sunt in casu, ut filijsfam. aut servis mortuis, illorum transmitti commodum queat in parentes aut Dominos, quorum in potestate erant, devolvi per eos poterunt.

Procedit in legatis, sed non in stipulationibus, quarum commoda patri aut Domino indistinctè adgruntur. *A Collib. hic. qui contrarium sentientes refellit.*

Obs. In legatis inspici dies existentis conditionis *l. legata 41. De cond. & demon.* In stipulationibus initium contractus. *l. si filiusfam. de V. O. Sturt. n. 10. hic. Matth. 12. 13. hic.*

R, 160. Aliud. §. 2. Absurdum est plus juris habere eum cui legatus est fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem si viveret.

Lega-

Legatarius enim non est potioris juris quàm heres, vel defunctus: nec potest fundus plus juris in illum transferre, quàm apud testatorem habuit: nam qualis fuit, talis transijt. *l. legatum.* 116. *d. fundus.* 4. *De Leg. I. l. servum* 44. §. 4. *eod. l, si cui ades.* 31. *l. sextiam* 32. *De leg.* III. *l. qui fundam. de eviction. Addantur quæ supra ad eand. Reg. sub. cap* 10. *Clas. I.*

CAP. VI.

DE HEREDITATIBVS ex testamento, & de Repudiatione.

R. 62. Hereditas nihil aliud est, quam succcessio in universum jus, quod defunctus habuerit.

V*Ideantur, quæ dixi ad l. nihil aliud.* 24. *De V. S. Facit l.* 5. *de hered. petit. l. bona. de bonor. possess. l. non minus. De heredib. instit. l. hereditas, de acq. rer. dom.*

138. Omnis hereditas quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Concordat. R. 193. Omnia ferè

Videantur quæ supra ad eand. Reg. c. 10. Clas. I.

Procedit secundum fictionem; sed non secundum veritatem.

Obs. Fictioni locum non esse 1. In casibus veritatem requirentibus. *Bart. ad l. heres. quandoque. De acquir. heredit.* 2. Quando retrò traheretur præjudicio tertij. *Bart. in l. nam & servitus §. qui negotia. De negot. gest.* 3. Cum extrema non sunt habilia, *uti supra d. Loc. dixi.*

R. 181. Si nemo subijt hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.

Videantur quæ supra de ista cap. 5.

Hereditas non adita non transmittitur *l. un. §. in novissimo C. de cad. toll. l. quoniam C. de jur. de lib.* Quia nemo plus transfert &c. *d. R. nemo* & non entium nullæ sunt qualitates. *l. ejus qui si cert. pet.*

Procedit regula, nisi heres necessitate, justove alio impedimento tardaverit adire

re hereditatem. *l. si quis. §. eligantur. Ad SC. Syll. l. cum in antiquis* 19. *C. de jur. de lib.*

Obs. Pro parte adiri non posse, sed totam esse adeundam. *l.* 1. *&* 2. *De acq. vel amit. hered. Bron.* 3. *cent.* 36. & semel aditam, postea repudiari non posse. *l.* 4. *C. De rep. vel abst. hered.* nam semel heres, semper heres.

R. 6. Non vult heres esse, qui ad alium &c.

Videatur infra cap. X. Clas. 1.

Obs. Quod qui semel repudiavit hereditatem, non potest eam amplius adire *l. sicut* 4. *C. de repud. hered.* Ampliationes & Limitationes habet Iason. *ad l. si quis* 6. *C. eod.*

Repudiat propriè heres alienus. *§.* 6. *I. De hered. qual. & Differ.* jus sibi delatum. *l.* 1. *§. decretalis. De Success. edict.* Sed repudiare non potest, quod si velit, habiturus non est. Unde

R. 174. Qui potest. §. 1. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.

Ratio quia privatio præsupponit habitum. *l. manumissionis. De I. & I. cap. ad dissolvendum. l. De Despons. impub. Arist. De opposit.*

Obs. Jus de futnro non tolli repudiatione, sed benè pacto. *l. is qui heres. De acq. hered. l. homine legato. De opt. leg.* 1. C. *de pact.*

Ratio est, qnod renunciatio nnius consensu nitatur, sed pactum duorum, *d. l.* 1. *& ibi Gloss.* Quare heres sub conditione institutus, si ante conditionem existentem repudiaverit, nihil agit, qualisqualis ea fuit conditio, & adquirere poterit hereditatem existente conditione. Sed hereditas pendente conditione per pactum remissa, amplius non adquiritur. *dd. LL.*

R. 3. Ejus est nolle, qui potest & velle.

Nimirum si sit illi utrumque liberum. *R.* 102. *§.* 1. *& R.* 4. Quippe frustrà dicit se nolle, qui non potest velle: quemadmodum ille frustra repudiat, qui non p otest accipere, admitti, aut adire *d. R.* 174. *§.* 1.

R. 91. Quotiens duplici jure defertur alicui successio, repudiato novo jure, quod ante defertur, superererit vetus.

Adquiritur hereditas vel jure veteri, puta ab intestato: vel jure novo, puta ex testamento. §. *hactenus 9. I. Per quæ. pers. cui adq.* Illo liberis, & sanguine proximis: hoc, quibus voluimus. *l. 1. & to. tit. de pet. hered. V. Vac. à Vacun. 3. Declar. 48, n. 15. & seqq.*

Quoties igitur ab intestato successurus instituitur in testamento, si eam repudiet successionem, nihilominus tanquam legitimus admitti potest ab intestato. E contra, si quis repudiet quasi legitimus hereditatem sibi delatam ab intestato, vel scit se heredem esse institutum; & utriamque repudiasse creditur; vel nescit se heredem institutum, & nihil ei nocebit repudiatio. *l. nec is. 17. §. 1. de acq. her. l. illud. 77. eod.*

Ratio diversitatis est, quod testamentariæ successioni renuntians, legitimæ renuntiasse nequit, quia eam nondum est

consecutus, seu non dum ei delata est. *R. 89. h. t. l. is qui. 13. eod.* Sed quo renuntiat successioni legitimæ, censetur etiam testamentariam repudiasse, quia in omni actu creditur habitam esse ordinis rationem. Est autem prior causa testamenti, posterior intestati. Ergo hanc repudians, censetur illam prius repudiasse. *Bron. hic. Zoes. de acq. vel omit. hered. eod. n. 55. & 56.*

CAP. VII.

DE HEREDITATIBUS AB INTESTATO.

R. 89. Quamdiu &c. *est supra in pr. c. 5. hujus Clas.*

HEREDE ex testamento non existente, fit locus heredi ab intestato, seu legitimo, & secundum jus vetus *de quo D. R. 91.* defertur hereditas primo liberis, non solum natis, sed & posthumis; secundò agnatis, *tit. D. de suis & legit. heredib. tit. I. de heredit, quæ ab intest. Defer.*

Ratio est, quod naturalis ratio, quasi lex

lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando, propter quod & à jure civili suorum heredum nomen eis inditum est. *l. cum ratio. 7. de bon. Damn. Novell. 1. in perfat. §. 2. tit. 1. in pr. de legit. agn. succ.*

Obs. semper præsumi, quod parentes velint hereditatem suam relinquere liberis suis, præsertim naturalibus & legitimis, non institutis *l.* 1. § 2. *de bon Damn. Alciat. 1. persumpt. 8.* quos (cum sciant se in illis quodammodo renasci, & immortales fieri *arg. n. 22. in perfat.*) plus diligunt, quam semet ipsos. *l. isti quidem Quod met. cau.* & naturali stimulo semper urgentum ad cogitandum de illis *arg. l. amicissimos §. fi. de excu. tuto.* & ad ope seorum caussa parandas.

R. 187. Siquis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

Ratio est, quia qui in utero est, perinde habetur, ac si in rebus humanis esset, quotiens de commodis ipsius quæritur.

l. qui

l. qui in 7. de sta. hom. l. 2. §. 6. de excus. tutæ. & pro superstite, cum nasci speratur. *l. quod dicimus. 231. & ibi Gædd. de V. S. l. 153. eod. legi possunt, quæ dixi ad l. 56. §. 1. etiam quæ ad l. 148. eod.*

Qua propter heres à partu proximus adire hereditatem non potest, quamdiu incertum est, an qui in utero est, nasci nec ne possit. *l. cum quidem 30. §. quod dicitur. de acquir. hered.* Et propter nativitatis spem, venter in bonorum possessionem mittitur. *de §. quod dicitur. l. 1. §. toties. cum §. seq. de vent. in poss. mitt.*

procedit, si qui in utero est, vivus prodeat in lucem. Nam qui mortui nascuntur, nec nati, nec procreati, videntur: atque ideo, liberorum quoque appellatione non insigniuntur. *l. qui mortui 129. & ibi attuli. de V. S.* Hinc.

Obs. quod ventre à patre præterito, in suspenso sit, an testamentum ruptum iri debeat. Resolvitur distinguendo. Vel partus prodijt vivus, & rumpitur testamentum: vel mortuus exceptus est, & non rumpitur. *l. 1. & 3. C. de posth. l. quod dicitur 12. de lib. & posth.*

R. 73.

R.73. Quò tutella redit, eò hereditas pervenit: nisi cum feminæ heredes intercedunt.

Si nemo suus heres, vel eorum qui inter suos, quoquo modo successione amplectatur, ad agnatos proximos pertinet. *4. I. in. pr. de legit agnat success.* Sicut & ad ipsos tutela eorum, quibus ex testamento tutor datus non est. *4. I. in pr. de legit. agnatur. tutel.*

Ratio, quia ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. *tex. §. fi. I. de legit. patr. tut.* ut qui sentit commodum, sentiat & incommodum. *R. secundum x. & c. qui sentit. eod.*

Procedit in legitima tutela, nisi femina aut pupillus sit heres: hi enim à pari procedunt. *Glos. hic. per. l. fi. de leg. her. & fac. l. 1. §. interdum. de legit. tut.*

Obs. Quod mulier non potest esse tutor, secundum jus antiquum, sed benè secundum jus novum. *tex. in Auth. V. t. matri & auiæ C. Quando mul. tut. off. & notat Bart. distinguendo jura in l. si quis sub. conditione. de testam. tut.*

Cap. VIII.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

R. 117. Prætor bonorum possessorem heredis loco in omni caussa habet.

HAbetur etiam supra clas. 1. cap. X. Qui jure civili exclusi, prætorio jure ad bonorum possessionem admittuntur, heredis loco habentur, & in effectu idem quod heres consequuntur. §. *quos autem. I. de bonor. poss. L. 2. D. eod.* Et ita facit prætor indirectè, quod facere directè non potest: cum enim heredes facere non possit, quia per legem tantum, vel similem juris constitutionem fiunt: bonorum possessores facit: & hoc agit, ne quis sine successore moriatur. *D. 4. I. in pr.*

Obs. Quod bonorum possessio, sub nomine hereditatis in genere acceptæ continetur, *sicut adnotavi ad l. nihil aliud. 24. De V. S.*

De V. S. Et bonorum possessor, appellatione heredis, etiam in materia strictè intelligenda, & ad literam puta, si heres non erit: verificatur in bonor. possessore, *l. in conditionibus §. si patronus. de cond. & Demon. Bart in l. 1. §. bonorum. ad Trebell. quam communiter sequuntur D.D. Bellon. 4. supp. Jur. 19. n. 4.*

R. 136. Bona fides tantundem &c. *est supra cap. 4. qua repeti, & ibi dicta his subnecti.*

Cap. IX.

DE FACULTATE CONTRAHENDI.

R. 19. Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus. Heredi autem hoc imputari non potest, cum non spontè cum Legatarijs contrahat.

RAtio. Cum non omnes habeant jus contrahendi vel distrahendi, investigare

gare prius oportet conditionem statum qualitatem eorum, cum quibus contracturi sumus; ne ignari inde quicquam detrimenti sentiamus nostrâ culpâ. *arg. l. si pter. in fi. C. de Dot. promiss. l. in civilem C. de fuit. R. quod quis. 203. §. fi. I. De societ.*

Procedit in contrahente, nisi talem prætexat ignorantiam, quæ ipso jure habeatur justa. *Quo pertinet. l. 1. de exerc. action. l. 3. ad S. C. Macedon. l. 3. de fidejus. Cuiac. 7. Obs. 36.*

Sed non in herede, qui cum ex quasi contractu obligetur. *§. heres. I. de obl. quæ ex quos. cont.* æquum est, ei succurrere: *arg. l. si fide jussæ. §. necessaria. Qui satis d. cogant.* Et ob probabilem ignorantiam restitui. *DD. in l. ad diem. 77. De V. O. per R. 42. h. t. & c. cum quis in alterius. & ibi Dyn. eod Dec. hic n. 7. cum subseqq.*

Obs. Quod paria sunt. Esse, vel esse debere, sicut etiam, scire, vel scire debere, *l. quod te Si cert. pet. l si duo. de acq. hered.* Item quod sponte fieri, dicitur,

tur, ex voluntate propria principaliter & immediatè. *tex hic. l. 9. ad S. C. Trebell.*

R. 22. In Personam servilem nulla cadit obligatio.

Ratio, quia quoad jus civile pro nullis, atque mortuis habentur R. 32. & 209. ac nulla ideò cum illis est actio R. 107. *supra Clas. I. cap. 3.*

Procedit secundum jus civile, non secundum naturale, nam ex hoc cadit in eos obligatio. *l. quod servus. de Solut. l. si quod de condict. indeb.* In delictus utroque jure obligantur. *supra. D. C. &c.* In quibusdam casibus neutro. *V. Cuiac. 8. Obs 11.*

R. 5. In negotiis contrahendis, alia caussa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt: quamvis actum rei non intelligant. &c. *Est supra Clas. 1. cap. 6. & ibi ratio.*

Furiosi regulariter ex contractu non obligantur. Excipiantur tres casus 1. Cum ex re nascitur actio. 2. Cum existentia sui heredis aliud admittit. 3. Cùm juris ratio & auctoritas aliud suadet. *Pro quibus Sturt. hic. n. 11. cum seqq.*

Pupillus

Pupillus infans æquiparatur furioso, *ceu supra eod.* Qui infantiam excessit, vel pubertati proximus est, tutore auctore obligatur: *ceu attigi c. 5. & 6. D. C. 1.* absque eo, ne naturaliter quidem. *tex l. quod pupillus 41. de condict. indeb, l. pupillus. 59. De O. & A.* Quia in contrahendo desideratur consensus, qui in pupillo non datur, nisi imperfectus. *l. 1. 2. & 3. D. eod l. 1. de pact. R. pupillus 189. ubi,* Quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

R. 165. Cum quis possit alienare, poterit & alienationi consentire.

Ratio, quod alienare, & alienationi consentire, æqualia sunt.

Procedit cùm eadem est alienationis, & consensus ratio: secus si diversa. Unde sicut, non potest alienare stabilia minor, sine decreto, ita nec alteri vendenti consentire *l. 2. C. si advers. vend. Bal. in l. fi. vers. collige. C. de pact.*

R. 26. Qui potest invitis alienare,

multo

multò magis, & ignorantibus, & absentibus potest.

Ratio, quod frustranea non attendantur. Ergo scientia & præsentia illius non expectatur, quæ nihil operatur, & quo etiam invito actus explicari potest *l. aliquando §. fi. Ad S.C.Vell. fac. tex. l. nec v. ignorante. de tut. & cur. dat. ab his. l. 4. §. 1. de Fideicom. lib. l. 3. & 4. C. de com. rer. alien.*

Procedit non solum in alienationibus, sed etiam in omnibus actibus qui altero invito celebrari possunt, stante rationis paritate. *Limitatur ut per Glos. hic. & Dec. Jason. in l. qui in alien. d. acq. hered.*

R. 205. Plerumque fit, ut etiam ea, quæ à nobis abire possunt, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possunt. Et ideo, quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus.

Ratio est in pr. Reg. Itaque quod obligatum

gatum est fisco, ut vel sub conditione, vel in certum tempus, ejus fiat, interea temporis potest à nobis, si in alterius venerit manus, ut nostrum vendicari, alienari, & imposita gravari servitute. Ratio, quod integrum dominij jus conditione pendente penes debitorem manet, & rectè dominium ut nostrum vindicare possumus. *tex. l. non ideo 66. de rei vind. l. & post. 12. §. res. 2. Famil. erciscund.*

Procedit considerato præsenti statu. Etenim res transit cum suo onere, suaque conditione. *l. si debitor. C. de Distr. pign. l. 23. §. 2. de servit. just. prædior.* Et resoluto jure dantis, resolvitur jus acceptantis *l. Lex vectigali. de pignor. & hypoth. l. 2. C. de rescind. vend.*

Obs. Quod status de præsenti consideratur, quia inter homines, nihil ita stabile, quin patiatur mutationem. *Novell. 7. cap. 2.*

Omnia mortalia propter necessitatem naturæ in mutationibus volvuntur. *Euripp. in Hipp.*

Cap. X.

DE VOLUNTATE ET CONSENSU.

R. 76. In totum, omnia quæ animi distinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

Ratio, quod in dubitata solidaque cognitio lumen est deliberanti animo in agendis, ut rectè cernat & discernat, quæ ad perfectionem spectant: quo remoto, omnia errorum tenebris involvi necesse est. Unde qui eo adhibito agunt, scire, consentire, velle, creduntur. *arg. l. ait prætor.* 10. §. *quod ait.* 2. *Quæ in fraud. credit. l.* 2. §. *fi. Quis ord. in bonor. poss. Gloss. circa l.* 2. §. *antepen. De acq. plu. arc.*

Procedit in omnibus ubi firma & evidens cognitio desideratur, sive contractus, sive ultimæ voluntates, sive alia sint negotia. Sic certus dicitur heres, qui defunctum scit testatorem, & delatam sibi

hereditatem *l. Pannonius Avitus.* §. 1. *l. qui hereditatem.* 19. *l. heres.* 32. *De acq. her.* Sic pars pro indiviso, de cujus modo est evidens cognitio. *l. sed si meis.* 26. *De acq. poss. l. quæ de tota* 76. *De rei vind.* Sic filius, qui scit patrem non repudiaturum conditionem nuptæ *l. si filius.* 11. *De ritu nupt.*

R. 124. Ubi non voce, sed præsentia opus, &c.

Est supra cap. 6. Clas. I.

Mutus & surdus, re literis, consensu obligari possunt, verbis non item: quia verba stipulationum contrahentes loqui, atque exaudire debent. quâ ratione testamentum facere non possunt. *Cujac. ad l.* 1. *De V. O.*

R. 40. Furiosi, vel ejus cui bonis interdictum, nulla voluntas.

Est supra primo cit. loc.

Ratio, quod uterque mente carere videtur: quatenus procedat, ibidem legatur: ideò in

R. 124. §. 1. Furiosus absentis loco est.

Furio-

Furiosus ne naturaliter quidem obligatur promittendo, nec alius pro eo. Sed ex quasi contractu, & ex delicto, jure obligatur. *l. furiosus. De O. & A. Cuiac. ad l. 6. De V. O.*

Hæc eadem obtinent & in prodigo bonis interdicto, qui tamen alios sibi obligare potest. *l. 3. De acq. hered. l. is cui. Qui testam. fac. poss. Cuiac. eod.*

R. 116. Nihil. §. 2. Non videntur, qui errant, consentire.

Ratio, quia nihil consensui tam contrarium est, quàm error. *l. si per errorem. 15. De jurisdict. l. 2. De Iud.* Et erranti nec consensus, nec voluntas est. *l. non idcircò C. De jur. & fac. igno. l. sed hoc ita. De acq. plu. arc.*

Procedit in omnibus, in quibus consensus & voluntas requiritur. Exemplum præbet Jus, quod non fit errore, sed consensu. *l. Barbarius. De offic. prætor. l. 2. §. deinde 8. De Orig. jur.* Prorogatio judicis, quæ per errorem non fit. *tex. d. l. 15. & l. 2. supra cit.* Conductio rei propriæ *l. ad probationem. C. Locat.*

Usucapio. *l. fi. de Usucap.* Error in materia, qui contractum vitiat. *l. si sterilis. §. quamvis. De act. emp. l. cum ab eo. §. fi. De contr. empt.*

Obs. Obligari nos ex quasi contractibus, & ex quasi delictis absque voluntate & proposito *uti in Instit. iisdem titt.*

R. 142. **Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.**

Fac. c. Qui tacet. eod. in 6.

Ratio. Quia tacere medium est inter fateri, & negare, sive inter consentire & contradicere. *Bar. in l. qua dotis. Sol. matr. Bal. in l. 2. §. voluntatem eod. Fallentia adferuntur à Socin. reg. 393. & 395. T.*

Procedit cum distinctione I. Aut factum est tale, quod potest à tacente contradicendo impediri: & tunc tacens consentire videtur. *l. sæpe. ver. scientibus. De re judic. l. 4. §. fi. De fidejuss. tutor. l. fidejussor. 26. §. pater. De fidejuss.* Aut actus est talis, qui potest tacente etiam invito expediri: & tunc taciturnitas pro con-

consensu non habetur. *l. Cajus. De pign. act. l. rem alienam. 28. De contr. empt.*

II. Aut actus tendit ad utilitatem & favorem tacentis, & tunc tacens censetur consentire. *d. l. §. 2. voluntatem. Solu. matr.* Aut actus tendit in damnum & præjudicium tacentis, & tunc tacens non habetur pro consentiente. *l. invitum 5. De ser. urb. præd.*

III. Aut casus est, in quo lex manifestum dissensum exigit: & tunc qui tacet, velle creditur. Aut est casus, in quo lex expressum consensum & voluntatem desiderat: & tunc qui tacet, nolle judicatur. *d. l. 2. §. voluntatem. l. pen. De furt. l. si filiusfam. 16. Ad SC. Maced. Regulista hic.*

R. 75. Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

Concordat. c. mutare 33. eod.

Ratio est, quia quod semel placuit, displicere non debet, & grave est fallere. *l. 1. De pact. l. 1. De const. pecun. c. quod semel 21. h. t. in 6.*

Procedit in actibus inter vivos, v. g. A con-

contractibus perfectis recedere non licet parte alterâ invita. *l. sicut C. De A. & O.* Sententia lata non revocatur in præjudicium creditoris. *l. judex* 15. *De re jud.* Item in mortis causa, Ug. Adita semel hereditas, repudiari non potest. *l. sicut C. De repud. heredit.* In legato optionis, jus legati consumitur optione primâ. *l. apud Aufidium. De opt. leg. l. hujusmodi* 84. §. *Stichum. De Leg* 1.

Limitatur in obligationibus alternativis, seu in rebus diversis, *d. l. si sterilis in fi. De A. E.* Item ubi pœnitentiæ fit locus, absque cujusquam captione. *l. De ætate in fi. De inter in jur. fac. R.* 48. *& quæ ibi supra in fi. cap.* 1. *Clas. I.* Quia juxta

R. 74. Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Ratio. Prohibemur alteri facere, quod nobis fieri nolumus. *l.* 10. §. 1. *De I. & I.* §. 3. *Inst. eod.* Et secundum naturam est, ut cum unoquoque sic agamus, tanquam illius induerimus personam, ille nostram. *Hierocl. apud Stob.* 84. *serm.*

Procedit communiter. Confirmatur in novo opere faciundo. *l. de pupillo* 5. §. *si plurium* 5. *D. ope. nov. nun.* ubi tex. non debet nocere factum alterius ei, qui nihil fecit. In paciscendo *l. si unus.* 27. §. 4. *De pact.* ubi tex. in fi. advertendum ne conventio alia re, aliave persona noceat. In dividendo *l. coheredibus*, 17. *C. famil. ercis.* ubi: juri absentis & ignorantis minimè derogari. In exheredando. *l. si quis* 33 *C. De inoff.* circa fi: hoc iniquum judicantes, ut alieno odio, alius prægravetur. In dotem *l.* 6. §. *fi. De jur. dot.* In possessione. *l. ult. C. De acq. poss.* In vim inferenda. *l.* 2. *Quod vi.* In puniendo. *l.* 22. *C. De pœn.* Et in alijs legenti obvijs. Illuc respicit Reg. 198. non oportere dolum tutoris, pupillo nocere: nam factum cuiq; suum, non adversario nocere debet. *R.* 155.

CAP. XI.
DE REBUS ET FACTIS.

R. 185. Impossibilium nulla est obligatio.

Concordat c. nemo potest. 6. eod.

Ratio, quia non esse, & non posse fieri paria sunt. *l. multa. De cond. & demon. l. naturalem. De acq. rer. dom.* ac ideo nemo in his censetur habere animum sese obligandi; quo semoto, ne naturalis quidem obligatio nascitur, quæ in æquitate & ratione radices agit. *l. non solum. De A. & O. l. cum heres. §. 1. De statu lib. l. si stipulor. 35. §. 1. De V. O. l. si quis in gravi. Ad Syllan. l. Stichum. §. naturalis. De Solut.*

Est autem aliquid impossibile natura. *§. si impossibilis. I. De Inutil. Stip.* Lege *l. fi. De cond. inst. d. l. si stipulor.* perplexitate *l. si Titius. De Cond. & demon.* facto. *§. impossibilis. De her. inst. l. 4. §. 1. De Stat. lib.*

Procedit in contractibus, qui labefiunt, si impossibilia naturâ, lege, perplexitate adjiciantur: non in ultimis voluntatibus, quæ subsistunt, etiamsi impossibilis sit addita conditio, nec enim vitiat, sed vitiatur. Ratio est in consensu: illic duorum, qui vix errare posse videntur: istic unius, cui ob mortis cogitationem,

nem, facilè est labi. *DD. ad dd.* §§. *Inst.* & *ad l.* 1, *De cond.* & *inst.*

Obs. Differre impossibile & difficile. Illud per rerum naturam existere non potest. Hoc summo labore, & prolixo tempore fieri potest. Illud inutilem stipulationem facit, non hoc. *l.* 2. §. *ex his.* *l. fi. De A.* E. *Cuiac. ad l.* 135. *De V. O.*

R. 135. Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt: pro non adjectis habentur.

Ratio sumatur ex d. R. 185.

Procedit in contractibus deducto impossibili in stipulationem purè, aut adjectâ contractui conditione hujusmodi, quæ consistat in non faciendo, quæ enim in faciendo, contractum vitiat. *l. non solum* 31. *de O. & A. l. si ita stipulatur.* 97. *De V. O.*

Procedit etiàm in ultimis voluntatibus, quæ per talem conditionem in faciendo non vitiantur. Ratio utriusque est; quod adjectio impossibilium, nec heredi, nec legatario imputari potest:

quemadmodum ipsis contrahentibus, qui præsumuntur sic lusisse, nequaquam contraxisse. *l. non solùm. De oblig. & Act. Myns. ad d. §. impossibilis vult. I. De her. inst.*

R. 182. Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

Ratio, quia obligatio supponit materiam habilem. Et privatorum conventio juri publico non derogat. *R. 45. §. 1.*

Procedit in rebus, quæ sic nullius sunt, ut alicujus esse non possint, ut res sacræ & sanctæ, quæ extra patrimonium & commercium hominum, nullius esse dicuntur. *§. nullius. §. sacra & §. sanctæ. I. De rer. divis.* Secus in illis, quæ alicujus esse possunt, ut feræ bestiæ & volucres. *l. 3. De acq. rer. dom §. feræ I. eod.*

Obs. Discrimen inter impossibile natura, & impossibile lege. Illud semper est impossibile. Quia Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. *R. 188. §. 1.* cùm infectæ fieri nequeant rerum caussæ *d. l. 12. §. 2.*

De

De cap. & postlim. Hoc perpetuam dum servat causam, manet impossibile *d. l. si stipulor. §. 1. De V. O.* Sed eâ mutatâ fit possibile: uti res sacra, cùm profana. attamen ut talis deduci in stipulationem non potest, quia tempus præsens spectatur, non futurum. *Cuiac, ad l. 35. §. item quis. De V. O.*

R. 197. **Semper in contractibus (*legitur à quibusdam*, conjunctionibus, *uti supra Clas. 1. c. 1.*) non solùm quod liceat considerandum, sed & quod honestum est.**

Ratio, quia honestatis ubique habenda ratio, cùm justitiæ sit præceptum *d. l. 10. §. juris. De I. & I, § 3. l. eod.* & civilis beatitates promotrix. *Arist. 7. Politicor. 1. & 13.*

Procedit generaliter, nam & natura, & lex, & ratio, honestati primum tribuunt locum. Quam semper comitem habere vir bonus debet. *Glo. hic. quem Baldus sequitur in Auth. Ad hæc. C. de Usur.*

Obs. Quod dici solet: licere contrahentibus se circumvenire. *l. in caussa* 16. *§. pen. in fi. De minor. l. item si pretio. §. fi. Loca.* intelligi, non de auctoramento fraudis, sed de levi quadam læsione sine dolo: quæ mutuâ conniventiâ indulgetur, cùm difficile sit exactam æqualitatem scrutari & servare. *V. Zoes. Ad tit. De dol. n. 7. & seqq. Venatori Analys. Iur. Pont. lib. 3. & 17.*

R. 31. Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est: neque pacto, neque stipulatione potest compræhendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.

Ratio, quia quod factum est, infectum fieri nequit. *l. si itaquis. De evict. l.* 1. *§. si vir. De acq. pos. l.* 1. *C. de rapt. virg. Bal. ad l. non dubium C. De LL.* Quare si impossibilia hujusmodi pactis, aut stipulationibus adjiciantur, pro non adjectis habentur, *d. R.* 135. Nec oritur

tur

tur actio utilis, he. efficax: nec utile pactum, h. e. exceptio, & naturalis obligatio, sed prorsus inane. *A Collib. hic.*

Procedit veritate inspectâ, non fictione, per quam, quantum ad effectum juris, facta judicari possunt infecta. *Sic in tex. d. l. non dubium, & ibi Baldus* alioquin facta contra Leges pro infectis habentur. *c. qui contra h. t. in 6. Dec. hic. n. 3.*

R. 39. In omnibus caussis, pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit, quò minus fiat.

R. 161. In jure civili receptum est, quoties per eum, cujus interest, conditionem non impleri, fiat quò minus impleatur: perinde haberi, ac impleta conditio fuisset, &c.

Ratio, quia potentia actui proxima habetur pro actu. *l. pen. de mil. test.* Et impeditus dicitur, qui impedimentum de facili removere non potest. *arg. à contr. l. sed etsi per prætorem. §. 1. Ex quib. cau. maj.* Nec imputari debet illi, per quem non

non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c. imputari 41. h. 4. in 6. Vt n. ſonat.*

R. 155. Factum cuique ſuum, non adverſario, nocere debet.

Quod ergo propter juſtum metum, aut vim, aut minas, aut moram alterius factum non fuit, id pro facto, habetur. *l. interpoſitas. C. de tranſact. l. metum C. De his quæ vi met. cau. l. ſi §. 1. Quod met. cau. l. 1. §. ſed & Ariſto. Quod vi aut clam. l. de pupillo. §. ſi quis. de non. aper. nunt. l. 8. §. quoties. de cond inſt. l. 57. de leg. 1. d. l. ſi Titius. de cond. & Demon.*

Procedit tàm in actibus inter vivos, quàm in mortis cauſſa. patet ex ipſis *R. R. Gothofr. ad l. jure civili 24. de Cond. & Demon. Cuiac. ad l. in teſtamento. 31. eod tr. ad Afic.*

Cap. XII.

DE CAVSIS ET FORMA.

R. 159. Non ut ex pluribus cauſis, deberi

deberi nobis idem poteſt: ita ex pluribus cauſis, idem poteſt noſtrum eſſe.

RAtio. Quià quod jam noſtrum eſt, aut proprium magis, aut amplius noſtrum fieri non poteſt. §. 10. *I. de Leg.* §. 14. *I. de act.* Atque ideo nec ſtimulatione, nec emptione, nec legato, nec alio quovis modo aut titulo, adquiri. *Confirmatur l. non eſt novum* 10. *de act. emp.* 3. §. *pluribus de Acq. poſ. Exempla deſumantur ex l. & an eadem §. actiones. de except. rei judic. & ex §. ſi res aliena.* 6. *I. de legat.*

Procedit, niſi cauſæ debendi eſſent contrariæ, vel invalidæ. Ratio illius, quia contraria eodem in ſubjecto ſtare non poſſunt. *l.* 2. § *fi. Pro emp.* Iſtius, quia nullum quod eſt, non conſideratur. *l.* 4. §. *condemnatum de re judic.*

Procedit quod ſemel noſtrum, fieri amplius noſtrum non poſſit: ſi noſtrum pleno jure ſit factum: alioquin ſecus videtur. Quia imperfecto, addi perfectio, poteſt, perfecto, non poteſt. *arg. l. libe-*

rorum

rorum §. quid ergo. de ligat. 3. l. 1. §. 1. de origin. Jur. Aristot. 3. Physicor. fac. & quæ perstrinxi ad §. 1. l. 5. de V. S.

R. 171. Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

Ratio. Cùm jus civile certos ac legitimos modos constituendarum obligationum introduxerit extra quos nemo cum effectu obligaretur, *to. ti. I. de obligat. l. obligationum 44. §. placet. de A. & O.* Ideo etiamsi quod quis præstiterit, recepturus sit ab alio, tamen non obligatur, quia hic non est modus inducendi obligationem. *Io. Ramus.*

Obs. Interpp. inferie, quod creditor creditoris mei, ad solutionem me urgere non potest, quia in me nullam habet efficacem actionem. *l. cum cui. C. de A. & O.* nisi illi à creditore meo actio cedatur *l. fi. C. Quand. Fisc. vel privat.*

R. 27. Nec ex vers. Obligationum caussas pactione possunt immutari,

tari, & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem.

Ratio, quia partium conventio legis habet auctoritatem, *l. Jurisgentium. §. quinimo de pact. l. fin. C. de pact. con. l. 1. § si convenit. deposit. R. 23.*

Procedit hoc modo. Solennia contractus, & pertinentia ad substantiam ac formam mutari nequeunt privatorum pactis: sed benè obligationum caussæ, hoc est dicere, qualitates & accidentia. Quod fit, vel ipso jure, cùm inchoatur contractus, & pacta tunc adjecta informant ipsam actionem. *l. 3. de resc. vend.* Vel per exceptionem, cùm perfecto jam contractu, aliquid ex intervallo paciscimur, quod non informat actionem, sed duntaxat exceptionem. *l. 7. §. quin imo de pact. l. Titio §. c.* De *V. O. V. D. D. ad l. Lecta de reb. credit.*

R. 23. Contractus. ver. Hoc servabitur, quod initio convenit. Legem enim contractui dedit.

Concordat c. contractus, eod. in 6.

Ratio.

Ratio. Cum sit quilibet rerum suarum moderator & arbiter. *l. in re C. mand.* possunt contrahentes quam volunt conventionem apponere contractui. *d. l. 1. §. si convenit.* eorumque voluntas illi dabit esse. *de l. Jurisgentium. §. quod fere.* Quia provisio hominis facit cessare ordinariam legis provisionem, *de l. fin. 6.* Suadet etenim lex & natura jubet, pacta conventa servari. *d. l. 1. de pact. & l. 1. de const. pecun. Aristot. 1. Rhet. c. penult.* quæ contractui suppeditant materiam, Legisq; necessitatem & auctoritatem habent. *d. l. 1. §. si. convenit Depos. V. Interpp. ad l. in bonæ fidei C. de pact.*

R. 178. Cum principalis caussa non consistit, plerumque nec ea quidem quæ sequuntur locum habent.

Concordat R. 129. nihi l §. 1.

Ratio, Quia accessorium sequitur naturam principalis. *c. accessorium 4. eod. in 6.* cum hoc tanquam dignius, trahat ad se illud tanquam minus dignum. *l. cum aurum §. perveniamus de aur. & arg. legat.*

gat. L. prædijs §. qui domum. de leg. 3. §. si tamen alienam I. de rer. divis.

Procedit tùm in contractibus, tùm in ultimis voluntatibus: quando accessorium consistere sine principali non potest, vel eandem cum principali rationem habet. Secus est, si ex singulari ratione, aut speciali provisione subsistat, etiam principali rescisso: & hoc est quod innuit part *plerumque* in ipsa regula *l. etsi is. C. de præd. minor. l. quid tamen. Quib. mod. usufr. l. si quis 37. de fidejus. §. fidejussores. I. eod.*

Cap. XIII.

DE TRANSLATIONE JURIUM

R. 54. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quàm ipse haberet.

Est supra tit fin. Clas. 1.

Ratio. Quia traditio nihil amplius transferre debet, vel potest ad eum qui

qui accipit, quàm est apud illum, qui tradit. *d. l. traditio, de acq. rer. dom. l. alienatio. de contr. empt.*

Procedit æque in actibus inter vivos, atque in ultimis voluntatibus *d. l. traditio & D. l. alienatio. R. nemo plus* 120. *R. aliud* 160. *in fi. non debeo. R. qui in jus* 167. *R. absurdum.* 121. *R. qui in* 177. *R. quod ipsis.* 143. *h.* 4. *& quæ ad illas suis locis.*

R. 11. Id quod nostrum est, sine facto nostro, ad alium transferri non potest.

Ratio. Qua nihil tam conveniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis, rem suam in alium transferre, ratam haberi. *§. per traditionem* 40. *I. de rer. diu.* cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter *d. l. in re mandata C. manda.* Quare sine nostro facto, hoc est, verâ & reali traditione, vel fictâ & juris tacito intellectu nixa, ad alium tranferri non debet, quod nostrum est. *Bar. in l. pro herede. de acq her. l. clavibus.* 74. *de contr. empt. §. item si*

quis

quis merces. 45. de rer. divis. Objectiones resolvit breviter Bron. cent. 4. assert. 97.

Procedit regulariter in persona dominorum, & eorum quibus tale jus concessum, quales tutores, curatores, creditores, & similes; tam in rebus corporalibus, quàm incorporalibus, in quibus patientia loco traditionis est. *l. servus §. incorporales de acq. rer. Dom. l. 1. §. pen. de acq. vel amit. poss.* Limitatur ob publicam caussam, ut in usucapione *L. fi. Pro suo & l. De Vsucap.* in agris in præmium assignandis. *l. 15. §. 2. de rei vind. L. Lucius. 11. de eviet* & similibus casibus, quibus etiam invitis res aufertur. Bonum enim publicum atque commune præferendum est privato. *Novel 7. cap. 2. l. 1. in fi. C. de cond. ex lege.*

CAP. XIV.

DE OBLIGATIONIBUS RE CONTRACTIS.

R. 23. Contractus. vers. Commodatum dolum & culpam recipit.

Con-

Concordat §. 2. l. Quib. mod. re contr. oblius.

RAtio quia gratuitum est, & regulariter accipientis tantùm causa fit, *l. si. ut certo. 5. §. 2. Comm. l. eum qui* 10 *eod. cum l. si rem.* 18. *de Praescript. verb.* Sed si etiam dantis causa, & utilitas vereatur, tunc commodatarius, culpam etiam levem praestare cogitur. *l. si in rebus.* 18. *vers utriusque Comm.*

R. 45. Depositum rei suae consistere non potest.

Ratio quia fit apud alium custodiae caussa. *§. preteria. l. eod. l. 7. §. 2. Depos.* & possidetur à depositore per depositarium. Quod ne in re nostra, nec in nobis, cadere potest. Nam causam nostrae possessionis mutare nobis non possumus. *l. 3. §.* 19. *de acq. pos. V. Cuiac. ad. l. non solum de usurp & usucap.*

R. 23. vers. Depositum dolum tantum recipit.

Ratio. Qua fit tamen gratia deponentis. Procedit regulariter quod depositarius dumtaxat dolum praestat, non culpam:

pam: nisi vel ita convenerit, vel pro custodia quid acceperit *d. l.* 5. §. 2. *Comm.* imò & culpam levissimam, si se ad custodiendum obtulerit. *l.* 1. §. *sed & si quis Depos.* Casum fortuitum, regulariter non: nisi ex conventione. *l.* 1. *C. eod.* aut ob moram in restituendo factam. *L. si. in Asm.* 12. *D. eod.*

R. 45. vers. Pignus rei suæ consistere non potest.

Ratio. Cum pignus tradatur creditori in securitatem debiti, sic ut possessio in eum transeat: hanc cum jam habeam, amplius in me transferri, non potest. *D. R.* 159. *l. uti frui. si usus fr. pet. D.* §. *sic itaque discretis I. de action.* Nec refert, sive sciverim, hisce ignoraverim, esse me illius dominum, nam utique pignus non consistit. *Cuiac. ad de l. non solum* §. *si rem tuam eod.*

R. 25. Plus cautionis est in re, quam in persona.

Ratio. Melius est enim pignori incumbere, quàm agere in personam *l. itaque* §. *fi. de furt.* & §. *furti. I. de oblig. quæ ex delict.*

licit. nasc. R. 204. *hic.* Licet obligatio sive jus quod in re consistit, quemcunque possessorem cum onere suo comitetur *l. si debitor. in fr. Quib mod. pign. l. pro hereditariis. C. de her. act.* melius tamen est, & cautius, rem apud se habere, donec solvatur debitum, vel si non luatur posse distrahere pignus, quam periculo litis se committere, cuius exitus incertus est. Bart hic. *& ad l. pretoria. De prætor. stipul.* ubi vult, posse dari pignus pro fidejussore, quia magis est cautum creditori. Ita & Beilonus *lib. 1. supput. Jur. cap. 8.*

R. 72. Fructus rei est, vel pignori, dare licere.

Fructuum apellatione venit loco isto commoditas, pignorandi. Nam usufructuarius rem, cujus habet usufructum, dare pignori potest: nempe jus utendi, fruendi, & fructus ipsos (cùm & fructus & utilitas res sit:) tametsi proprietatem appignorare non possit *d. l. si is qui §. usufructus, de pignor. l. interest. C. De Vsufr.*

R. 158. Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Est supra cap. 9. Class. 1 huc referatur.

R. 23. Pignus dolum & culpam recipit.

Concordat. §. fi. l. eod.

Ratio. Quia utriusque contrahentis gratia datur: *d. l. 5. §. 2. Comm.* debitoris, quò magis ei credatur; creditoris, quò magis in tuto sit creditum. *D. §. fin. l.* Ideo in pignore custodiendo, dolus, lata, & levis culpa præstatur, non levissima. *l. si cum venderet. §. venit. cum l. seq. De pign. act.*

Procedit in pignore conventionali, sed non in prætorio, & judiciale, ubi duntaxat lata culpa venit, non levis. *l. prætor ait. §. est præterea. De reb. auth. jud. poss.*

R. 45. vers. Precarium rei suæ consistere non potest.

Ratio. Quia animo Domini is possidet, cujus res est propria: ac proinde, nomine alterius in eadem possessione, esse

non potest: sicut is est, qui precario possinet: *arg d l 3. §. 19. De acq. pos l. & habet 15. §. eum qui. & l. 1. De precar.*

R. 23. vers. Precarium dolum tantum recipit.

Concordat l. quisitum. 8. §. eum quoq. eod.

Ratio. Quia conditio precarij instabilis & incerta (eo quod omni tempore revocari possit) non patitur, ut regulæ legis 5. §. nunc videndum 2. Comm. adstringatur, quæ vult dolum & culpam esse præstandam in contractibus accipientis ergo celebratis. Benignius enim cum eo agendum, cui is, qui dedit precarium, benignè facere voluit. *A Collib. hic. Bron. cen. 2. ass. 33.*

CAP. XV.

DE OBLIGATIONIBUS VERBIS CONTRACTIS.

R. 73. §. 4. vers. Nec stipulando quisquam alteri cavere potest.

Concordat §. alteri. 19 I. De inutil. stipulat.

Ratio. Sunt enim stipulationes ad hoc inventæ, ut unusquisque sibi adquirat, quod sua interest. *d. §. 19 l. stipulatio ista. 38. §. alteri De V. O. & ibi Alciat. & Cuiac.*

Procedit, nisi tali stipulationi subjiciatur pœna, vel intersit stipulatoris: vel stipuletur quis illis, quorum est in potestate: vel illi, sibi subjectis. *d. § alteri. & §. ei verò eod. & t. I. De stipul. servor. d. l. 30. plures exceptiones dd. Locis. & Soc. in addit Gabr. 3. con. l.*

R. 19. Si filiusfam. sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

Hæc regula à plerisq; non recipitur in numerum regularum, quia est idem cum l. 78. De V. O.

R. 18. circa fin. Nam & sub conditione stipulantes (scilicet filijfam. & servi) omninò eis adquirimus (scilicet quorum sunt in potestate) etiamsi libertatis nobis Domini potestate, conditio existat.

Ratio est in fine d. R. 19. & in

R. 144. Non omne. §. 1. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

Procedit in stipulationibus, non autem in legatis, in quibus tempus spectatur existentis conditionis, *quod adnotavi ad d. R. 18. supra c. 5. h. Clas.*

Ratio diversitatis sumi potest ex voluntate testatoris & stipulatoris. Ille legatario tantum, non heredibus ejus consuluisse creditur: iste sibi, & heredibus suis. *l. nec adjecit Pro soc. l. si pactum. De probat. Gad. de contr. stip. cap.* 19. *concl. 8. Cuiac. tr. 5. ad Afric.*

R. 17. in fi. In stipulationibus promissoris gratia tempus adjicitur.

Ra-

Ratio. Quod habere ſpatium debeat, quo traditio fieri poſſit, aut id quod in ſtipulationem deductum eſt. Et favorabilior eſt reus, quàm ſtipulator. *l. cum qui* 41. *§.* 2. *De V. O. l. ſtipulatio iſta.* 38. *§. inter.* 16. *eod. l. quod in diem.* 70. *De Solut. l. quod quis* 50. *De A. & O. § qui hoc anno* 22. *I. De inutil. ſtipul. §. omnis, verſ. quia totus is dies. I. De V. O.*

R. 14, In omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur præſenti die debetur.

Ratio. Quia is eſt obligationis puræ effectus, ut agi confeſtim poſſit, nec ullum lege laxamentum detur. *l. liber homo.* 18. *§. decem. De V. I. Cuiac. ad l.* 41. *eod.* Quippe clauſa præſens effectum producit præſentem. *l.* 1. *in fi. Quod quiſque Jur.* & promiſſiones eſſe inutiles non debent. *l. continuus. §. illud. eod.*

Procedit tam in verborum obligationibus, quàm in reliquis contractuum generibus; ac item in Legatis. *Ferrar. hic.* Sed cum eo temperamento, ut ſaltem breve aliquod temporis ſpatium debitori

ti concedatur: nec enim statim creditor cum sacco parato accedere debet. *l. si debitori. De Iudic. l. quod dicimus. 105. in fi. De Solut. Cuiac. ad d. §. omnis. I. De V. O.* Limitatur tempore, conditione, modo, loco, re ipsa, quæ differre debitum solent. *l. 29. l. nemo potest. De Leg. I. l. interdum. De V. O. d. l. 41. §. 1. eod.*

R. 161. Jure civili. in fi. Stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

Ratio. Ne malitia cuiquam sua compendium proferat. *arg. R. 131 & R. 150.* & alteri dispendium. *arg. R. 74.* Quare cum stat per eum, ad quem pertinet, quo minus impleatur conditio, pro impleta haberi debet. *l. 5. §. item si qua. Quand. dic. leg. ced. l. 1. C. De inst. & subst.*

Procedit non in stipulationibus tantùm, sed & in legatis, heredum institutionibus, alijsque civilibus negotijs. *d. R. 9.*

R. 39. in omnibus causis. l. Labeo. 50. De contr. empt. l. 3. De cond. inst. Sed si per extraneum fiat impedimentum, non videbitur conditio impleta, sive adhuc possit impleri, sive non *l. inde Neratius. §. idem Julianus. Ad Leg. Aquil. Cuiac. ad l. 85. in fi. De V. O.*

R. 173. In condemnatione: §. 2. Unicuique sua mora nocet. quod & in duobus reis promittendi observatur.

Concordat. c. mora sua. 25. eod. in 6.

Ratio. Quia factum cuique suum nocere debet. R. 155. sic & mora in auctorem redundare suum, cum personalis sit. Itaque mora unius rei, non obest correo, nec reo, mora fidejussoris. *l. cum filius 49. & ibi Donell. De V. O.* Mora tamen rei principalis, seu debitoris nocet fidejussori. *l. mora 88. eod.* si post moram rei, res debita sit perempta; quia tenetur etiam ad æstimationem, etiamsi moram ipse non adhibuerit. *Vult. ad §. fidejussores 5. I. De fidejus. per l. si à colono. 58. in fi. D. eod. l. quis solutioni. 24. §. cum*

 reus.

reus. De usur. In actionibus autem bonæ fidei, & his comparatis, idem non esse statuendum: *prosequitur ibid. n. 7. & seqq.*

R. 92. Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil noceri, quo minus & reus, & fidejussor teneatur.

Ratio. Quod magis valeat, quod inter contrahentes actum est, quàm quod scriptura simulatè, aut perperam conceptum est. *l. 1. l. Plus vale. quod agit.* Ergo scriptoris error partibus non nocebit. *arg. l. Imperator. De stat. hom. & l. errore. §. De testam.*

Procedit tùm in contractibus, tum in testamentis, *l.* Titia. 134. *§. idem respondit De V. O. ambiguitates C. De testam.* nimirum si de errore apertè constat: alioquin standum scripturæ verbis. *l. si alij. 19. De usufr. lega. Bald. ad praal. l. Imperator.*

CAP. XVI.

CAP. XVI.

DE OBLIGATIONIBUS *consensu contractis.*

R. 163. Cui jus est donandi, eidem & vendendi, & concedendi est.

RAtio. Cui enim licet, quod majus, & minus permissum est. *R. non debet* 21. Sed plus est donare, quod profusionem quandam patrimonij continet; quàm sit vendere quod administrationis est; vel etiam concedere, quod amicitiæ est. *l. 1. & l. filiusfam. De donat. l. 35. & 42. De Mort. cau. donat. Gloss. verb. portionibus. l. ad eum. De donat.* ergo &c. *Applicari à contrario potest, quod attigi ad l. 28. in fi. De V. S.*

Procedit stante rationis paritate inter donationem ac venditionem: secus eâ collapsâ, *veluti in l. fi. C. De præd. decur. sine decret. non alien. Lib. X. ibi Glos.* E contra prohibitâ venditione, donatio quoque prohibita censetur. *Glos. ad l. 2. C. De usucap. pro emp. & ibi Bart.*

R. 165. Cùm quis possit alienare, poterit & consentire alienationi.

Est supra cap. 9. h. Clas.

R. 160. Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

Procedit quando subest diversa ratio alienationis & consensus, ut in evictione à venditore præstanda, vel a consentiente qui receperat precium. *l. quidam.* 12. *De evict. Bart. ad l. 2. C. De rescind. vend.* Quando autem subest eadem ratio qui potest alienare, etiam alienationi consentire potest: & è contra, alienare prohibitus, alienationi consentire prohibetur. *d. R. 165. Bal. ad l. 2. C. si advers. donat.*

R. 26. Qui potest invitis alienare &c.

Est supra cit. loc.

R. 45. Emptio rei suæ consistere non potest.

Ratio. Quia dominium non nisi ex una caussa contingere potest. *d. l. 3. §. ex pluribus. de acq. poss. l. si ancillam. C. de contr. emp. d. R. 159. supra & quæ ibi.*

R. 16.

R. 16. Imaginaria venditio non est, pretio accedente.

Ratio, Hoc enim substantiam illius constituit simul atque de pretio convenerit *tit. I. de emp. & vend. in pr. l. 2. §. 1. de contr. empt.* Et veritas in contractibus consideratur. *arg. l. 9. §. sed si quis. Ad exhib.* ne eâ sublatâ, res quoque tollatur. *l. si ex precio. C. d. cert. pet.*

Procedit etiam quando in æquale ac injustum est pretium, quia nihilominus venditio utilis & valida est. *l. si quis donationis.* 10. *De contr. empt. l. 4. cum l.* 15. *C. De rescind. vendit.* Nisi inter virum & uxorem, quæ nullius momenti est. *d. l. si quis. in fin. l. vir uxori* 17. *Ad SC. Vell. l. si sponsus.* 5. *§. circa De don. int. vir. & uxo.* Nisi fieret uno duntaxat nummo, quia verum pretium non constituit, immó ei opponitur. *l. si quis ante* 10. *§. fi. De acq. poss.* Hæc autem ita, ut si non valet, quod simulatè actum est, valeat tamen in vim ejus, quod agitur. *l. empt. fides C. De contr. empt. l. si quis* 46. *Locat. Fabr. hic & Ferrar.*

R. 172. In contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.

Ratio. Quod ambigua intentio ita accipi debeat, ut res actori salva sit. *Comprobatur per l. veteribus de pact. l. Labeonum seqq. De contr. empt. defenditur à Cujac. 1. Obs. 10. & 9. c. 37. item à Pac. cent. 2. q. 7.*

Procedit in conventionibus, seu pactis: non in judicijs, seu libello conventionali. Siquidem hunc interpretamur pro actore, quia attenditur quid petere voluerit, ut res salva sit. Illam autem interpretamur adversque venditorem, quia imputet sibi, quod non apertius locutus sit. *l. inter. §. 1. De V. O. de l. veteribus. de pact.*

R. 119. Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

Ratio. Quia privatio præsupponit habitum; Et alienatio propriè dicitur, quando transfertur dominium. *l. alienatum 67. & quæ ibi, & ad l. 28. eod. attigi. l. item si res. §. sunt alia De alien. jud. mut. cau. fac.* Quare non alienat debitor, quasi in frau-

in fraudem creditorum, qui duntaxat omisit possessionem, quam adquirere potuit. *l. quod autem 6. Quæ in fraud credit.* & *in de l. alienationis 28. §. 1. de V.S.* Legitur: Nec enim qui occasionem adquirendi non utitur, intelligitur alienare.

R. 190. Quod evincitur, in bonis non est.

Ratio. Quia res in bonis nostris esse dicitur, quoties eam possidentes exceptionem contra actorem, aut amittentes actionem ad eam recuperandam habemus. *l. rem in bonis De acq. rer. Dom. l. bonorum §. in bonis. De V. S. R.* 15. Atqui quod evincitur, neque exceptione retineri, neque actione recuperari potest, Ergo in bonis nostris esse, non dicetur. Non abs re.

R. 139. §. 1. Non videtur perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.

Procedit non solùm in materia contractuum, sed etiam ultimarum voluntatum. Quare emptione cum pacto de retrò vendendo facta, non videtur res

empta perfectè emptoris esse; quod ex casu redditi pretij, auferri potest. *l. 2. C. de pacti. int. empt. & vend.* Sic etiam, re alicui legatâ sub conditione, heres eam, nec alienare, nec oppignorare potest; quod ex eventu conditionis, auferri possit. *l. fi. §. sed quia C. com. de lega.*

R. 23. vers. Venditio dolum & culpam recipit.

Concordat §. cum autem l. de empt. & vendit.

Ratio, quia versatur vtilitas vtriusque contrahentis *de l. 5. §. 2. Comm. l. 35. §. 4. de contr. empt. l. 13. §. si venditor. l. 22. 36. & 49. de act. emp.*

R. 45. Locatio rei suæ consistere non potest.

Concordat. l. 20. C. loc.

Ratio est in præcit. leg. 3. §. quoque de acq. pos. Quia nemo sibi mutare caussam possessionis potest: quod adeo verum est, ut sive sciens, sive ignarus, qui rem suam conduxerit, equidem non consistat. *preall. Cuiac. ad l. ei a. quo de Vsucap.*

R. 23.

R. 23. verſ. Locatio dolum & culpam recipit.

Ratio, quia locatoris & conductoris utilitas vertitur. *D. l. ſi ut certo. 5. . §* 2. *Comm. l. 9. 11. 13. 19. & 25. §. culpa locat* Regulariter tantum culpa levis. *d. l. 5. §. 2. l. 3. §. 1. Naut. caup. ſtab.* Attamen & leviſſima quandoque *§. fi. I. de locat. & conduct. d. l. ſi merces. 25. §. pen. eod. Vult. 1. Diſcept. 15. Bron. 2. aſſer. 33.*

R. 47. §. 1. Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Concordat l. nam ſocij D. *Pro ſocio. eſt ſupra Claſ. 1 cap. 8.*

Ratio. Quia quem ſocius meus, citra voluntatem meam & conſenſum admiſit ſocium, is ei ſocius eſt, qui eum admiſit, non mihi, qui in ejus ſocietatem non conſenſi. *Fac. l. Modeſtinus* 105. *De V. S.* ſunt enim contractus, conventiones mutuo conſenſu factæ, *l. Labeo* 19. *eod.* atque ideo perſona non expreſſa, non ſubintelligitur. *l. ſi ita.* 126. §. *Chryſogonus. De V. O.*

R. 23. verſ. Societas dolum & culpam

pam recipit: nisi quid nominatim, vel plus, vel minus, convenit.

Concordat §. fin. I. de Soo.

Ratio. Quod utriusque socij caussa fit societas. *d. l. si ut certo §. nunc videndum. Comm.* Quare imputet quisque sibi, si socium parum diligentem, sibi ascivit *d. §. fin.* qui enim cum alio contrahit, vel est, vel esse debet gnarus conditionis ejus. *D. R.* 19. Et si plus vel minus convenit, id servet: legem enim contractui dedit. *D. R. 23. l. 1. §. 6. Depos. l. siquis. 9. §. 2. Loca & secundum.*

R. 30. Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

Concordat. c. qui sentit 55. eod.

Et pulchrè tex. in l. un. §. pro secundo C. de cadu. toll. Non est ferendus, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. *fac. & §. 3. I. de emp. & ven.* Quapropter pactum de lucro intelligendum, quoque est de damno:

no: & cum neque lucri, neque damni partes sunt expressæ in societate, utrobique fieri æqualis distributio debet, modo pecuniæ vel operæ, æqualis quoque facta sit collatio *l. 6. l. si non fuerit. 29. l. mutius 30. & passim toti Pro soc. §. 1. I. eod. & ibi Commentatores.*

Procedit hæc regula communiter, cum par est ratio commodi & incommodi, & ipsis in personis æqualitas. *V. Dec. hic. apud quem exceptiores; & Sturt. qui contraria removet. & quæ supra ad h. R. cap. fin. Clas. 1.*

R. 60. Semper qui non prohibet, pro se intervenire, mandare videtur.

Ratio est, quod taciturnitas scientiæ convincta, in actu favorabile tacenti, pro consensu habetur. *l. si remunerandi. §. si passus. Mand. l. qui patitur. eod. faci & c. qui tacet. h. 4. in 6.* Non item in actu præjudicante tacenti *l. sicut re. § non videtur. Quib. mod. pign. solu. Glo in. l. qui patitur Mand. Bar. in l. 1. Neg. gest. Paccen. 2. q. 58. Relegi possunt, quæ ad R. qui tacet. 142. cap. 10. Clas. 1.*

Procedit

Procedit & in præsente, & in absente, datâ in utroque scientiâ, & nullâ contradictione oppositâ. *tex. l.* 1. §. *magistrum. De exercit. tex. l.* 2. *C. De acq. poss. Dec. n.* 2. *&* 3.

R. 180. Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipse solvisset, vel ipsi solutum esset.

Ratio. Quod enim quis per alium facit, perinde est, ac si ipsemet fecisset. *c. qui per alium h. t. l. nam & servus. de neg. gest. Fac. & R.* 193 §. *dejecit.* Sive igitur ego solvam, quod debeo, sive alius meo jussu, equidem à creditore meo liberor. *l. qui mandat. l. solvere. & l. cum jussu. De solut. l. solvendo.* 39. *de neg. gest.* Quia ex solutione, liberatio contingit, & tollitur omnis obligatio ejus, quod debetur. *tit. l. Quib. mod. toll. oblig.*

Obs. Jura esse favorabiliora ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arianus. De A. & O. & R. Favorabiliores.* 125. *h. t.* Et agnosci aliquid esse favorabile, non præcisse ex re ipsâ, sed ab effectu

ctu inde resultante. *Alciat. ad l. 2. De V. O. n. 44.*

R. 60. vers. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstingitur mandati.

R. 152. §. 1. & 2. Dejecit, qui jussit, vel mandavit, vel ratum habuit.

Ratio. Etiamsi mandatum præcedat negotium, & ratihabitio sequatur, quia tamen hæc retrò trahitur, ideò quoad effectum mandato æquiparatur: nam legis quadam fictione, is qui ratum habet, ipse negotium gessisse videtur. *l. vero. §. sed si de solut. D. R. 195. l. fin. C. ad SC. Maced. l. licet. De Jud. l. si pupilli. §. item quæritur. de neg. gest. Videri possunt Conann. lib. 7. comm. cap. 14. Alciat. De V. S. col. 3. & cons. 283. Euerhar. in loc. ab æquipoll.*

Procedit ea comparatio, non solùm in contractibus, sed etiam in delictis. *D. §. 1. & 2. R. 193. l. 1. §. quoties. de vi. & vi. arm. c. ratihabitionem. 10. h. t. & ibi Dyn.* Fundatur enim regulæ hujus fictio in

Procedit & in præsente, & in absente, datâ in utroque scientiâ, & nullâ contradictione oppositâ. *tex. l.* 1. *§. magistrum. De exercit. tex. l.* 2. *C. De acq. poss. Dec. n.* 2. *&* 3.

R. 180. Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipse solvisset, vel ipsi solutum esset.

Ratio. Quod enim quis per alium facit, perinde est, ac si ipsemet fecisset. *c. qui per alium h. t. l. nam & servus. de neg. gest. Fac. & R.* 193 *§. dejecit.* Sive igitur ego solvam, quod debeo, sive alius meo jussu, equidem à creditore meo liberor. *l. qui mandat. l. solvere. & l. cum jussu. De solut. l. solvendo.* 39. *de neg gest.* Quia ex solutione, liberato contingit, & tollitur omnis obligatio ejus, quod debetur. *tit. l. Quib. mod. toll. oblig.*

Obs. Jura esse favorabiliora ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arianus. De A. & O. & R. Favorabiliores.* 125. *h. t.* Et agnosci aliquid esse favorabile, non præcisse ex re ipsâ, sed ab effectu

ctu inde resultante. *Alciat. ad l. 2. De V. O. n. 44.*

R. 60. vers. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstingitur mandati.

R. 152. §. 1. & 2. Dejecit, qui jussit, vel mandavit, vel ratum habuit.

Ratio. Etiamsi mandatum præcedat negotium, & ratihabitio sequatur, quia tamen hæc retrò trahitur, ideò quoad effectum mandato æquiparatur: nam legis quadam fictione, is qui ratum habet, ipse negotium gessisse videtur. *l. vero. §. sed si de solut. D. R. 195. l. fin. C. ad SC. Maced. l. licet. De Jud. l. si pupilli. §. item quæritur. de neg. gest. Videri possunt Conann. lib. 7. comm. cap. 14. Alciat. De V. S. col. 3. & cons. 283. Euerhar. in loc. ab æquipoll.*

Procedit ea comparatio, non solùm in contractibus, sed etiam in delictis. *D. §. 1. & 2. R. 193. l. 1. §. quoties. de vi & vi. arm. c. ratihabitionem. 10. h. t. & ibi Dyn.* Fundatur enim regulæ hujus fictio in

in ipsa æquitate, quâ cessante, & ipsa cessat. *Dec. hic in fine, qui ampliationes & limitationes. subministrabit. V. quæ infra.cap.fi.h Clas.*

R. 23. ver. Mandatum dolum & culpam recipit.

Ratio. Quamvis in mandantis gratiam fiat, est tamen actuosum, & expediri absque industria vix potest, idcirco videt mandatarius tacitè diligentiam ac industriam promisisse, mandatum suscipiendo *d. l. 5. §. 2. Comm. l. 8. mand. l. inre 21. C. eod.* Levissima non recipit. Nimis enim rigidè ageretur cum eo, qui beneficium nullo suo commodo, sed ex amicitia & gratuito præstat. *Zoes. ad 4. mand. n. 15. per h. R.* Et nemini officium suum debet esse damnosum. *l. si servus. 61. §. quod vero. de fur. Bron. d. cen. 2. ass. 33. per d. l. 8. §. fi. & l. idemque. 10. eod.* Aliud tamen erit sentiendum, si materia, aut conventio id suaserit.

CAP.

Cap. XVII.

DE OBLIGATIONIBVS *quasi ex contractu.*

R. 23. verſ. Negotiorum geſtio, dolum, culpam, & diligentiam, recipit.

RAtio. Quia utilitas abſentium tantùm verſatur. Ut provocarentur autem homines ad negotia abſentium adminiſtranda, introducta fuit actio negotiorum geſtorum *l. ſi quis abſentis. in pr. De O. & A. l.* 11. *&* 13. *de negot. geſt. l. negotium.* 22. *C. eod.* Et licet ultrò ad gerenda negotia accedens, idoneum ſe ac diligentem tacitè profiteatur. *arg. §. 1. I. de obl. ex qua contr.* leviſſimam tamen culpam, niſi per accidens, præſtat. *ut in D. §.* 1. *in fi. I. eod. & l. ſi pupilli. §. videamus. De neg. geſt. Faber hic. Gregor.* 20. *Syntagm.* 2. Etenim ſufficit, vel in paucis amici rebus commodare. *l. tutori* 20. *C. De*

De neg. gest. Nec semper verum est, quod dicitur in

R. 36. Culpa est immiscere se rei, ad se non pertinenti.

Ratio est: Ne promiscuis rerum actibus harmonia officiorum & artium turbata cedat confusioni magno civitatis periculo. *arg. l. consulta divalia. C. De testam. Arist. 7. Polit. 4. 8. & 9.*

Procedit, nisi ex officio, aut amicitia, quis se immisceat. Nam hominem affici beneficio hominis interest. *l. servus. 7. De ser. exp. fac. l. 2. De neg. gest.* & secundum adagium: homo homini Deus. Sive per se, sive per alium. *l. si servus servum. §. si fornicarius. & §. fi. Ad Leg. Aquil. Tiraq. in fi. cap. 27. tr. De nobilit.*

R. 23. ver. Tutela dolum, culpámque recipit.

Ratio, quia de pupillorum duntaxat agitur commodo. *l. 1. De tut. & rat. dist. l. 18. C. arbit. tut. d. l. 5. §. 2. Comm.* quibus ut plenius cautum sit diligentia etiam præstatur. *l. quicq. 7. C. arbit. tut.* & cogi potest tutor ad administrandum,

uti

uti frugi & diligens paterfam. cùm sit munus publicum, *l. si pupilli. 6. §. fi. De neg. gest. V. Interpp. ad §. suspectus. 6. I. De suspect. tutor.*

R. 23. ver. Communio rerum dolum & culpam recipit.

Ratio, quia utriusque partis gratia fit. *l. 16. §. sed & si. Fam. ercis. l. 4. in fi. C. comm. divid. l. 20. D. eod. V. Ferrar. & A Collib. hic. §. 3. I. De oblig. quæ qua. ex contr.*

R. 53. Per errorem dati, repetitio est.

Ratio. Quia error aufert animum dandi. *arg. l. si per errorem. 15. De Iurisdict.* & nemo præsumitur jactare suum *l. cum de indebito. §. sin vero. De probat. & præsumpt.* Ideò qui non debitum per errorem solvit, illud conditione indebiti repetit. *§. is quoque* 1. *I. Quib.* mod. re contr. oblig. *§. item is. 5. I. De oblig. quæ ex qua. contr.*

Procedit in indebito errore facti soluto: non autem in soluto errore juris. *l. cum quis. C. De Jur. & fact. ignor. l. regula.*

la. §. si quis. D. eod. L. error. C. Ad leg. Falc. Ratio, quia ignorantia facti, nec in damnis, nec in compendijs, obest. Ignorantia autem juris ponit interpretativè scientiam: eò quod omnes scire leges debent. *L. Leges. 9. C. de LL. Bron. d. cen. 2. ass. 36. Zoes. De Cond. indeb. n. 14.*

Eatenus per errorem datum repetitur, quatenus est indebitum: nisi forte non appareat, quæ par debeat repeti: nam tunc in favorem indebitè solventis tota repetitur. Et hoc est, quod ait

R. 84. Cum amplius solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristinâ obligatione.

Casus est in d. L. si non sortem. 26. §. si centum. 4. De cond. indebit. ubi: solventi fundum ducentorum, qui centum tantum debebat, conditio integræ rei manet, & obligatio incorrupta: quia non fit confusio partis rei cum peccunia, cùm ex falsa debiti quantitate, res majoris precij soluta est.

CAP.

CAP. XVIII.

DE CASU FORTUITO, culpa, imperitia, errore.

R. 23. in fin. **Animalium casus mortesque, quæ sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur.**

RAtio. Quia casus fortuit nulli humanâ industriâ præcaveri, aut averti possunt: proinde à nemine præstantur.

Procedit regulariter, nisi mora fuerit commissa, aut culpa præcesserit. *l. quod te. De reb. cred. l. si ex legati causa. De V. O. §. item is cui l. Qui mo. re con. abl.* aut periculum quis in se susceperit. *l.* 1 *comm.*

Obs. Quod casum fortuitum in se recipiens, tenetur quoque de insolito. Is enim casus nomen propriè sibi vindicat,

qui insolitus est. *l. fistulas. 87. §. fi. De contr. empt. l. ex conducto. 15. Loc.* Nec speciali pacto opus, cum sub generali contineatur. *l. 7. §. sed etsi quis. 17. De pact. Pinell. in l. 2. c. 3. n. 26. cum seqq. C. De rescind. vend. Fachin. 1. contr. 86.*

R. 36. Culpa est immiscere se &c.

est in praeced. cap.

Concordat. c. non est sine ✠ h. t. Quid & quotuplex culpa dixi ad l. lata 233. De V. S.

Ratio est, ne semina discordiarum propagentur, si professionum & negotiorum suorum limites excedere, & alienis se immittere liceret. *Fac. d. l. consulta divalia l. nam & senilis. De neg. gest. c. scriptum. 3. q. 6. c. si duobus. §. fi. ✠ De apell. & c. Lator. Qui fil. sint legit.*

Procedit respectu, tertij & ex officio, & amicitia, uti supra. V. g. Qui se offert defensioni rei, quae vendicatur, & litem contestatur; si neget se postea possidere, non est audiendus. *per. tex. h. R. & fac. l. 25. De R. V. l. 13. §. 13. juncta l. 14. De pet. hered.*

Obs.

Obſ. Immiſcere ſe rebus ſeu negotijs ad ſe non pertinentibus dici, non ſolùm illi qui in rebus alienis, & in quibus nullum jus, aut intereſſe habent. *l. 19. fi. de novat. l. 4. D. de actuar. l. 181. De V. S.* Sed etiam ij, qui ignari & per imperitiam in rebus verſantur. *l. 9. Ad leg. Aquil. l. 3. §. 2. De Sicar. l. 6. §. 7. De offic. præſid l. 2. §. quod quiſque juris. l. 5. §. 2. de oblig. §. 7. l. de leg. Aquil. Repetantur quæ ad l. 70. de V. S.* Quò pertinet

R. 132. Imperitia culpæ annumeratur.

Ratio. Quia ferè perinde eſt, per imperitiam peccare, aut datâ operâ: utrolibet enim culpam contrahunt, & pœna fiunt digni, qui officia, artes, negotia imperitè aut malitiosè exercent. *l. illicitas. 6. §. sicuti. 7. de offic. præſid. cum alijs paullò ante adductis.*

Procedit regulariter. uti in d. l. 6. §. 7. ubi medico imputatur, quod per imperitiam commiſit. Ceſſat quandoque, uti in menſore. *l. 1. §. 1. Si mens. falſ. mod.*

dixe. cui non imputatur imperitia, sed illi, qui eum adhibuit.

R. 50. Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.

R. 109. Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest.

Ratio. Cum omnis culpa, vel in faciendo, vel in non faciendo, consistat: *R.* 121. *h. t.* & æstimetur læsio mediatè, vel ab animo, vel facto imediate *l. qui ea ment. de furt. l. & generaliter. de calum. l. is quicum telo. D. Ad leg. Aquil. l. cogitationis. de pœnis.* utique culpa & crimine caret, qui impedire non potest, quò minus fiat, vel non fiat, id quod scit & cognoscit. *arg. c. nemo. h. t. R. impossibilium h. n. t. Exemplum sumi potest ex l. item quæritur. 13. §. exercitu 7. Loc. cond. & ex l. metum. 9. vers. denique tractat. Quod met. cau.*

Obs. Colligi à contrario regulam: Quod culpa non caret, qui scit, & prohibere potest, si non prohibeat. *Fac. c. qui potest. 23. q. 3. c. delicto. 6. §. fi. de Sent. ex com. in 6. L. 3. de I. & I. l. 2. D. de com-*

commer. & *mercat.* nam *Senec. Troa.* Qui non vetat peccare, cùm possit, jubet. *Exemplum sumi potest ex l. si servus servum. 27. §. Proculus. Ad l. Aquil.* & *ex l. 2. De noxat. action.*

R. 121. Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quæ non facit. At qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est.

Ergo tam ille, qui quid facit, in culpa est, quàm qui non facit; diversâ tamen ratione. Iste, quia videtur facere adversus illa, quæ facere debet. Ille, quia non videtur facere, quod jussus est. Paria enim sunt, non facere, vel minus legitimè. aut non debito modo. *l. quoties. Qui satisd. cogan. Novell. 1. in Præfat.* Paria sunt quoque, non fieri aliquid, vel nulliter fieri. §. 1. *I. De ex hered. liber.* Et ex his etiam patet, quod paullò ante tetigi: Culpam tam in omittendo, quàm in committendo consistere.

R. 116. §. 2. Non videntur, qui errant, consentire.

Ratio. Quia error est consensui contrarius, & imperitiam detegit *prout supra sub. cap. 9. ad h. R.* Hinc est, quod in emptione venditione, error circa corpus facit contractum nullum, quia consensus non concurrit circa rem eandem: item si circa qualitatem substantialem: secus si circa accidentalem. *ceu latè apud Zoes. De contr. empt. n. 6. cum seqq.*

Cap. XIX.

DE DOLO ET FRAUDE.

R. 23. Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam, &c.

Dolum tantum, depositum & precarium. Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, datio dotis; tutelæ administratio, negotia, gesta, societas,

tas, & rerum communio. Dolus ab omnibus, & in omnibus bonæ fidei præstatur; quia turpis est. Culpa in quibusdam, ex natura contractus, vel ex pacto, quia non semper turpis est. Unde verba tex. d. R.

Sed, hoc ita, nisi quid nominatim convenit, vel plus, vel minùs in singulis contractibus, nam hoc servabitur, quod ab initio convenit, Legem enim contractui dedit.

De illis contractibus jam in præcedentibus actum est speciatim. De dolo etiam ad l. aliud frag. 131. De V. S.

Obs. Regulas ad cognoscendum quid in singulis contractibus præstandum. 1. Cum dantis duntaxat utilitas versatur, dolus & lata culpa veniunt. 2. Cùm accipientis tantum gratia celebratur contractus, dolus & omnis culpa debetur. 3. Cum utriusque caussa fit, dolus, lata & levis culpa præstatur. *sæpius all. l. 5. §. 2. Comm. cum annexis in præced.*

R. 79. Fraudis interpretatio semper in jure, non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque consideratur.

Ratio. Quia eventus respondere consilio debet. *l. ait prætor.* & *l. si quis. Quæ in fraud. cred. Fac.* & *R. consilij* 47. & *c. nullus.* 62. *eod.* Siquidem consilium fraudandi, & voluntas nocendi, ita caussa efficiens sunt in delictis; quemadmodum consensus, in contractibus: eventus autem perfecti est, & huic opponitur; consilio verò, ignorantia. Hinc si quid eventu dolosum appareat, ignorantia impedit, quominus in dolum imputetur. Unde

R. 177. §. fin. Nemo videtur in dolo esse, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Sic v. g. qui ignorat illud esse remissum, aut acceptilatum, quod petit, dolosè facere petendo non videtur. *l. palam autem,* §. & *generaliter. de dol. mal. exc.*

Obs.

Obſ. Quod juſta & probabilis ignorantia excuſat, ficta verò non utique. *§. rectè quoque. l. Mand. l. ſi fidejuſſ. D. eod. l. ſi liberti. C. De bon. liber. §. quia tamen. I. Vi. bon. rapt.*

R. 55. Nullus videtur dolo facere, qui jure ſuo utitur.

Ratio. Quod enim lege permittente fit, ſine dolo malo factum interpretamur. *l. 3. §. is autem De lib. hom. exhib. l. injuriarum. §. 1. De injur.* Unde licet re communi uti. *l. ſi rei communis. l. meritò. Pro ſoc.* In ſuo ædificare. *l. ſicut §. Ariſt. Si ſervit. vind. l. altius & l. ædibus. C. De ſer. & aqu.*

Procedit ſi utámur in noſtrum commodum ſine cujuſquam nocumento. *arg. l. 1. §. denique. De aqu. plu. arc. fac. R. nemo damnum.* 151. Quò reſpicit R. 61. Domum ſuam unicuique reficere licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.

R. 129. Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

Ratio. Quia secundum præmis. R. 55. Dolo non facit, qui jure suo utitur. Quare etiamsi sciret, debitorem proinde non fore solvendo cæteris creditoribus; non tenebitur edicto. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur: *de quo tot. tit. D.* nam Leges vigilantibus, non dormientibus favent. *l. quod autem. l. pupillus D. eod.* Et imputent cæteri creditores socordiæ suæ, si damnum sentiant. *arg. R. Quod quis.* 203.

R. 157. Ad ea. §. 1. Semper qui dolo facit, quò minus haberet: pro eo est, ac si haberet.

Ratio. Quia nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere debet. *R.* 134. *§. nemo & fac. R.* 131. *Qui dolo. cujus supra cap* 7. *clas.* 1. *& R.* 150. *pacem etiam eod.* Ideo dolus pro eo est, ac si haberet. Spectat & h. Reg. ad d. Edictum: Ut quæ in fraudem creditorum &c. sicut & seq.

R. 134. Non fraudantur creditores, cùm quid non adquiritur à debitore: sed cum quid de bonis diminuitur.

Ratio.

Ratio. Quod Edictum ad illos pertinet, qui patrimonium diminuunt suum; non autem ad illos, qui id non adaugent. *l. 4. cum l. 6. Quæ in fraud. credit.* Nec enim fit pauperior, qui non adquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit. *l. si sponsus. 5. §. si maritus. 13. De don. int. vir. & uxo.* In quo, non alteri, sed sibi insidiatur. *l. 1. §. confertur. 23. De collat.* Itaque sive quis ex actibus inter vivos, sive in mortis caussa, locupletari non satagat; ut non occupando pecuniam otiosam, vel repudiando hereditatem &c. non tenetur Edicto: *l. nemo ex sociis. 68. §. 1. Pro soc. d. l. 5. § 3. De don. int. vir. & uxo & d. l. 1. §. 23. De Collat.* Sed qui aliquid facit, ut desinat habere, quod habet. *d. l. 4. in fin. cum d. l. 6. in pr. Quæ in fraud. juncta d. R. 157.*

R. 145. Nemo videtur fraudare eos qui sciunt, & consentiunt.

Ratio. Est secundum vulgatum: quia volenti non fit injuria. Etenim scienti & consentienti, neque dolus, neque injuria fit. *c. scienti. h. t. in 6. d. l. quod autem.*

tem. 6. §. praeterea. 9. Quae in fraud. Sed invito & ignoranti. *l. cùm donationis. 34. C. De transact. l.* 1. *§. usque adeo. De Injur. §. sed si Labeo. I. De injur.* & ex animo æstimatur. *l. 3. §. 1. eod. & §. ult I. eod.*

Procedit, quando non fit fraus legi, nec dolosa persuasio accedit. *Dec. hic. n. 5. & seqq. Dyn. ad d. c. n. 1. cum seqq.*

R. 167. *§.* fi. Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo facere.

Concordat. c. quod quis. eod. & R. is damnum 169. §. ejus. h. n. t.

Ratio consistit in auctoritate Judicis, quæ summi semper momenti est. *l. 1. si cert. pet. l. 2. Qui & à quib. l. si stipulatus. §. lancem. de Solut. d. l. quod autem. §. apud Labeonem. Quae in fraud. credit.*

Procedit, dummodò quæ jubet, justa & licita sint, & ad officium ejus spectantia, alioquin non subsistunt. *Dec. ex Glos. hic.* E contra

R. 199. Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

Nem-

Nempe sui. Sprevit enim auctoritatem ejus, & puniri ab eodem meretur, cum jurisdictionem suam defendere pœnali judicio possit. *tex l. un. si quis jus dicent.*

Procedit in judice competente, non in alio, cujus jurisdictioni non subijcimur. *l. antepen. cum seqq. de Jurisdict. L. 1. C. si à non compet. jud. l. 33. C. de Decur.*

Obs. Quod actus in præsentia judicis factus, doli, fraudis, & metus præsumptionem excludit. *DD. ad l. interpositas. C. D. Transact.*

Cap. XX.

DE TEMPORE, MORA, & quod interest.

R. 14. In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur.

Est supra cap. 15. *ubi videatur.*

Procedit ceu dixi, limitatur in subjecta.

R. 186. Nihil peti potest ante id

tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest.

RAtio. Quod tempus, sive insit tacitè, sive adijciatur expressè, dialationem inducit. Si insit obligationi ex natura rei, aut qualitate negotij, expectandum id tempus, priusquam solvatur: tunc enim incipit actio, cum per rerum naturam præstari potest. Sic ob promissionem fructuum futurorum, ædificandæ domus, solutionis Carthagini faciendæ ab eo qui Romæ est: tunc demùm agetur, cùm tantum temporis præterijerit, quò illi percipi, ista extrui, ad hanc perveniri, potuerit. *l. interdum pura. 73. & ibi Cuiac. De V. O.*

Si apponatur obligationi, præterire id tempus omninò debet, priusquam efficiaciter peti possit quod in obligationem deductum est. *l. si ita stipulatus cod.* Tempus enim illud, totum pro solvente adjectum est, ut dici non possit, non solvisse, nisi eo elapso. *l. quicquam adstringen-da*

dæ §. 1. eod. §. omnis I. eod. Et si illius ante lapsum petatur debitum, fiet locus pœnæ plus petitionis. *de qua §. hodie autem. l. de except. & §. plus autem I. de action.*

Procedit si quo modo certum sit tempus, non autem si incertum *l. stipulatio ista §. inter certum. eod. L. Dies certus. de Cond & Demon.*

Obs. Ante tempus solui posse, ubi dies in favorem debitoris adjecta: nam favori suo renunciare potest. *l. quod certa die De sol. & liber. l. continuus De V. O. L. Titio centum D. cond. & Demon.* Ubi veró in favorem creditoris, nec rectè solvitur, nec liberatur invito solutionem offerens: *l. si ita relictum. §. Pegasus De Leg. 2. l. eum qui De ann. Legat. l. 3. §. cum Pollidius De usur.* nam alterius jus, aut commodum imminuere non potest *V. Cuiac. 23. Obs. 23. & Dec. hic.*

R. 29. Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.

Concordat. c. non firmatur. eod.

Ratio.

Ratio. Quanti enim tempus non est modus induendæ, vel tollendæ obligationis *l. 44. §. placet De O. & A.* ita nec confirmandæ *l. si minor. De ser. expor. & de c.*

Procedit tam in contractibus. *l. obligari §. tutor. de auct. tut. l. inter stimulantem. §. sacram. De V. O. R. qua ab initio.* 210. quam in testamentis *D. R* 210. *cum R. omnia.* 201. *§. propterea, cum seq. I. Quib. non est perm. fac. test. & I. de ex her. lib.*

Obs. Quod cessante caussa cessat effectus. *c. cum cesset. de appell.* Et in causato plus virtutis esse non potest, quàm ei ab influentia suæ caussæ procedat. c. 1. §. hoc autem. *Qui feud. Dar. pos. Bald. l. senator. Tiraquel. in tr. cessant causs. limit.* 19. *& de retract. §* 1. *glos. 2.*

R. 88. Nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio est.

Concordat c. non est in mora. 60. *eod.*

Ratio. Quia non aliter, quam interpellationem non committitur mora, illâ non factâ, neque ista erit. *l. mora* 32. *de usur.*

usur. & fruct. l. amplius. Rem. rat. hab. l. si ex legati. De V. O. & ibi Bar. & Socin. Quippe ex obligatione, petitio: ex petitione, mora nascitur. Et ideò ubi nulla obligatio, ibi nulla petitio: ubi nulla petitio, ibi nulla mora. *Gothofr. in notis ad l. si pupillus. 127. De V. O.*

Procedit in mora, quæ ex persona committitur: non in illa, quæ ex re fit. *De utraque Zoes. ad Tit. de usur. & fruct. n. 45. cum subseqq.*

R. 63. Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

Ratio. Sicuti enim committitur mora, cum oportuno tempore & loco interpellatione factâ non solvitur. *l. 21. 22. & 32. eod.* ita si quis justâ ignorantia ductus solutionem recuset, & bona fide ad judicium provocet, in mora non est, *l. 16. de rei vind.* Et facit tex.

R. 99. Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.

Ratio. Prærequiritur enim ad moram com-

committendam, ut debitor ex justâ causa intelligat, se dare oportere. Quare qui in alterius locum succedunt, & ignorant, ex qua causa debitum sit contractum, justam Litis caussam habent. *juxta R. qui in alterius.* 14. *& c. cum quis* 14. *eod.* cum ignorantia in facto alieno justa sit. *secund. tex. l. fi. Pro suo.*

R. 173. *§.* 2. Vnicuique mora sua nocet.

Est supra cap. 15.

Ratio. Quia delictum suum prægravat auctorem. *D. R. factum* 155. Nec finit lex moram esse inultam. *l.* 3. §. *condemnatio. de tabb. exhib.* proinde è duobus reis promittendi, quorum unus sit in mora hoc alteri non nocebit. *h. R. v. in fi.* nisi essent socij *l. pen. de duob reis const.*

Obs. Moram multifariè nocere, nam post eam, fructus, usuræ, interitus rei casus etiam fortuitus, præstatur. d. l. mora, 32. l. quod te si. cert. pet l. si ex legati. *De V. O.*

R. 39. In omnibus causis pro facto acci-

accipitur id, in quo per alium mora fit, quo minus fiat.

Ratio eſt, in D. R. 155. & in his, quæ ad iſtam Reg. ſupra cap. II. Quare ſi per debitorem mora non eſt, quo minus id, quod debeat ſolveret, continuò liberatur. *tex. l. ſtipulatus.* 105. *De V. O.* ἀπεντεῦθεν, quod eſt, ipſo jure, *Cuiac. ibid. fac. & l. ſi fundum 144. eod.* Sic quoque trajectitiæ pecuniæ pœna peti non poteſt, ſi debitor in mora non fuit. *l. ſervius. 8. de naut. fœn. cum l. Trajectitia. 23. De A. & O.* Declaratur ulterius ex

R, 161. In jure civili receptum eſt: quotiens per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur: perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. Quod ad libertatem, & legata, & ad heredum inſtitutiones perducitur. Quibus exemplis ſtimulationes quoque

que committuntur, &c. *Supra c. 15.*

Procedit non in hisce modò, verùm in alijs quoque civilibus negotiis, cùm per eum stat, ne impleatur conditio, cujus interest non impleri: sive is sit debitor ipsemet, sive alius in quo implenda, sive etiam extraneus. *l. 3. l. quæ sub conditione. 8. §. 6. De condit. inst. l. jure civili. 24. de cond. & demon. Cuiac. in d. l. 85. in fi. De V.O.*

R. 24. Quatenus cujus intersit, in facto, non in jure consistit.

Ratio. Cum interesse sit lucrum cessans ultra rem ipsam, aut damnum emergens ob moram aut culpam debitoris, *arg. l. 3. rem. rat. hab. l. 2. Quod cert. loc. l. 24. Loca. l. vn. C. de Sent. quæ pro eo.* quod modò tanti, quanti res est. *l. 23. Ad l. Aquil.* modo pluris. *l. 1 De A. E.* modò minoris. *l. 9. Ad exhib.* æstimatur habitâ ratione circumstantiarum: rectè in facto consistere dicitur: est enim factum semper incertum & obscurum, proinde non præsumitur, sed probari debet,

bet, ejus ut veritas habeatur. *l. si commissa. rem. rat. hab. l. ubi autem. 75. qui id. De V. O. l. si ex plagis. 52. §. in clivo. Ad leg. Aquil. l. in bello. §. facti. De capt. & postlim. revers.* Quæ autem in jure consistunt, semper finita, certa & clara sunt. *l. 2. De Jur. & fac. ignor. V. Gadd. ad l. 81. De V. S. Matth. hic.*

Procedit, ut cum quæstio oritur, De eo quod alicujus interest, per partem probetur: eo quod ejus nulla certa regula in jure constituta est.

Obs. Interesse esse triplex, singulare, commune, & conventum. *Gloss. verb. interest. l. 1. De act. emp. & l. Libertas. eod. L. precia. Ad leg. Falc. §. fin. I. De V. O. Dec. hic fusè. Cujacius. 9. Obs. 31. & ad l. un. C. De sent. quæ pro eo quod interest.*



CAP.

Cap. XXI.

DE OBSCURIS, DUBIIS, *ambiguis, & repugnantibus.*

R. 9. Semper in obſcuris, quod minimum eſt ſequimur.

Concordat. c. in obſcuris. 30. eod.

RAtio. Nam quod eſt parum, quaſi nihil differt ab eo, quod eſt nihil. *Ariſtot. 5. Politic. V. Bron. qui duo obijcit. cent. 4. aſſert. 99.*

Procedit in ultimis voluntatibus: *patet ex l. cum ſervus. §. ſocio. De Leg. 1. l. un. ex familia. §. ſi rem. De Leg. 2. l. qui concubinam. §. cum ita. De Leg. 3.* quia præſumitur heres quàm minimè à teſtatore gravatur. In contractibus: *patet ex l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. & l. ſi ita De V. O.* quia nemo præſumitur jactare ſuum. *l. cum de indebito. De probat.* In delictis, quia pœnæ, molliendæ ſunt. *l. 32. & 42. De pœn.* In ſententijs judicum, & in legum interpretationibus. *l. præſes, Eod. c. quanto. & ibi Gloſ. De jurejur.*

jur. quia vel maximè æquitas justitiæ spectanda est. *l. placuit. C. De Jud. R. in omnibus.* 90.

Pet. Faber. & Matth. hic. Et secundum

R. 168. Capienda (seu rapienda) est occasio quæ præbet benignius responsum.

R. 41. *§.* 1. In re obscura, melius est favere repetitioni, quèm adventitio lucro.

Data controversia inter diversi generis creditores, cujus in solutione primùm sit habenda ratio? magis illi favendum, qui repetit suum, & qui ex contractu, vel titulo oneroso experitur; quàm illi, qui ex caussa lucrativa, puta legato, testamento, donatione, agit. *l. verum.* 11. §. *penul. De minor. l. fi.* §. *ul. vers. creditores. De jur. de lib.*

Obs. Inferri à DD. In concursu duorum privilegiatorum, potiorem esse caussam certantes de damno evitando, quàm captantis lucrum. *l. frater. Ex quib. cau. maj. d. l. verum.*

R. 168.

R. 168. §. 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.

Ratio, Quia consideratur quid verisimilius. *d. R. 9. & c. inspiciemus 45. eod.* Inspecta nimirum personarum qualitate ac rerum *l. cum alienam. C. de Legat. l. 3. l. De inoff. l. cum servus. Mand. Dyn. ad d. c.*

Procedit in bonæ fidei judicijs, in quibus affectionis ratio habetur. *tex. d. l. cum servus. l. 7. De serv. expor. l. §. 35. De minor. l. 36 De bon. liber.* Item in delictis ceu in l. 2. De receptatorib. ubi mitius punitur, qui affinem, aut cognatum recepit. Secus est in judicijs stricti juris: nam in hisce Judex certæ formulæ actionis præcisè, adstringitur, non autem in bonæ fidei, cu liberam habeat potestatem §. *actionum. autem. 24. I. De action. & ibi Bachou. & th. 2. in tr. De Action.*

R. 65. Semper in dubijs, benigniora præferenda sunt.

Ratio. Quia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quàm

quàm totius. *R. ea quæ* 192. *§. in re dubia.* 1. Sic benignius dicitur, quod debitori patrocinatur, quod reo est commodius, quod mitius, quod minus. *tex. hic. & in l. veteribus. De pact. c. estote. h.t. R. quoties* 200 *& d. R.* 192. *cum R.* 168.

Procedit tùm in civilibus causis, tum in pænalibus. *l. Quintus De don. int. vir. & uxo. l. etiam. C. de eod. l. meritò. Pro Soc. R. in pœnalibus. §. fi. c. in pœnis. h. t. & d. c. estote. Jason. post alios. in §. ex maleficijs. I. De action.*

R. 81. Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, commune non lædunt.

Ratio ex illo vulgato: abbundans cautela non nocet. *l. testamentum* 17. *C. De testam. l. penul. De evict.* Et ex ijs, quæ supervacua sunt, nulla solet oriri obligatio. *l.* 2. *Mand. l. quæ extrinsecus. De V. O.* cùm satius sit, plura accumulare, quàm necessaria omittere. *d. l. testamentum. C. eod.* equidem rerum substantiam non mutant. *l. pediculis. §. Labeo. De aur. & arg. leg.* Vera est enim

R. 168. §. 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.

Ratio, Quia consideratur quid verisimilius. *d. R. 9. & c. inspiciemus 45. eod.* Inspecta nimirum personarum qualitate ac rerum *l. cum alienam. C. de Legat. l. 3. l. De inoff. l. cum servus. Mand. Dyn. ad d. c.*

Procedit in bonæ fidei judicijs, in quibus affectionis ratio habetur. *tex. d. l. cum servus. l. 7. De serv. expor. l. §. 35. De minor. l. 36 De bon. liber.* Item in delictis ceu in l. 2. De receptatorib. ubi mitius punitur, qui affinem, aut cognatum recepit. Secus est in judicijs stricti juris: nam in hisce Judex certæ formulæ actionis præcisè, adstringitur, non autem in bonæ fidei, cū liberam habeat potestatem §. *actionum autem. 24. I. De action. & ibi Bachou. & th. 2. in tr. De Action.*

R. 65. Semper in dubijs, benigniora præferenda sunt.

Ratio. Quia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quàm

quàm tutius. *R. ea qua* 192. *§. in re dubia.* 1. Sic benignius dicitur, quod debitori patrocinatur, quod reo est commodius, quod mitius, quod minus. *tex. hic. & in l. veteribus. De pact. c. estote. h. t. R. quoties* 200 *& d. R.* 192 *cum R.* 168.

Procedit tùm in civilibus causis, tum in pænalibus. *l. Quintus De don. int. vir. & uxo. l. etiam. C. de eod. l. meritò. Pro Soc. R. in pœnalibus. §. fi. c. in pœnis. h. t. & d. c. estote. Jason. post alies. in §. ex maleficijs. l. De action.*

R. 81. Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, commune non lædunt.

Ratio ex illo vulgato: abbundans cautela non nocet. *l. testamentum* 17. *C. De testam. l. penul. De evict.* Et ex ijs, quæ supervacua sunt, nulla solet oriri obligatio. *l.* 2. *Mand. l. quæ extrinsecus. De V. O.* cùm satius sit, plura accumulare, quàm necessaria omittere. *d. l. testamentum. C. eod.* eqnidem rerum substantiam non mutant. *l. pediculis. §. Labeo. De aur. & arg. leg.* Vera est enim

R. 94. Non solent, quæ abundant vitiare scripturas.

Procedit & in contractibus, & in testamentis. *per dd. LL. & l. quæsitum. §. ult. De distr. pign. l. 6. de neg. gest. l. 37. de don. l. 26. de adim. Legat.*

R. 96. In ambiguis orationibus; maximè sententia spectanda est ejus, qui eas protulit.

Ratio. Quia ad auctoris intentionem, confugiendum est, & ejus interpretationi standum, ne mens & oratio inter se discrepent. Non sermoni res, sed rei sermo subjectus. *c. 6. ✠ de V. S.* Et sicut anima præfertur corpori, ita sententia verbis. *c. sedulo. 38. dist.*

Procedit in legibus interpretandis, quia cujus est legem condere, ejusdem est interpretari. *l. ult. & penult. de LL.* In sententijs latis, quia illas qui ferunt, easdem explanant. *l. ab executore de appell.* In testamentis & legatis, quia mens & voluntas defuncti consideratur in istis, tanquam domina & regina. *l. in conditionibus.*

nibus. De cond. & de mon. §. si quidem. 29. cum proxim. I. de Legat.

R. 85. In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

Ratio est summus earum favor. Etenim reipublicæ expedit mulieres esse dotatas: tum ut in sustentandis matrimonij oneribus marito succurratur, tum ut huic uxor inops non sit dedecori matrimonio soluto. *l. in ambiguis. de jure Dot. l. si ergo §. si res Cod. l. 1. solut. matr. l. interest. de rebus auct. judic. poss. Auth. præterea. C. Unde vi. & ux.*

Procedit & in dote, & in alijs favorabilibus doti æquiparatis: veluti in fisco, *l. 2. C. de jur. fisc. & ibi Gloss. & in l. dotis. C. de jur. Dot. Dec. hic. qui ad objectiones respondet.*

R. 67. Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior est.

Ratio est, quia in omnibus actibus & negotijs, ea est facienda interpretatio, ut res, de qua agitur, in tuto sit, ut ne-

gotium potiùs valeat, quàm pereat. *d. l. quoties.* 80. *De V. O. c. inspicimus.* 45. *h. t. Alciat. reg.* 3. *præsumpt. c.* 38.

Unde in l. Imperator. De in diem addi. & in l. si stipulatus de Vsur. habemus. Verba in jure secundum naturam contractus, & subjectam materiam esse accipienda. *patet ex l. si servitus. de Servit. urb. prædior. ex l. conducto. §. Papinianus, Loca.*

Obs. Inferri ab Interpp. In contractibus & negotijs discernendis, attendi magis substantia, & natura rei, quæ geritur; quam impropria rei appellatio. *l. insulam. de præscript. verb. Dec. hic.*

R. 188. Ubi pugnantia inter se in testamento inveniuntur, neutrum ratum est.

Ratio. Quod contraria simul stare nequeunt. *l. hæc verba De V. S.* Unde si concurrant duo testamenta, nec appareat, utrum prius, aut posterius sit, collabescunt. Glos. verb. missus est. *l. si. C. de edict. D. Adrian. toll.* Sed illa

R. 73. §. 3. Quæ in testamento ita

scripta

scripta sunt, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

Procedit hæc, nisi ex conjecturis & præsumptionibus mens testatoris intelligi possit. *l. 2. de his quæ pro non script. habent. l. licet Imperator. 74. de Leg* 1.

Obs. Contrarietates maximè in jure rejici. *l. 1. C. de furt. l. scripturæ. C. de fid. instr. l. is qui §. utrum. de reb. dub.* Proinde laborandum, ut pugnantia potius concilientur, quam ut actus erroris arguantur *l. quoties de reb. dub. l. quoties in sponsalibus. De V. O.*

CAP. XXII.

DE TOTO ET PARTE.

R. 113. In toto & Pars continetur.

Concordat c. in toto. 80. eod.

Ratio. Quia in eo, quod plus sit, semper inest & minus. *R* 110.

Procedit in toto universali, ut patet ex l. hoc legatum de leg. 3. in qua dicitur,

quod hoc legatum: *uxoris caussa parata*; est generale, & continet, tam vestem, quam argentum &c. quia ad usum proprium destinata sunt. In toto integrali, ut patet ex l. servitutes §. si sublatum. De servit. urban. & l. qui res §. aream. De solut. quia & solum & area, partes integrales ædium sunt. In toto numerali, ut patet ex l. 1. §. si stipulanti. De *V*. O. quia decem insunt viginti, ac ideo sustinetur stipulatio. *l. si ita* 109. *eod.*

R. 100. In eo quod plus sit, semper inest & minus.

Concordat. c. plus. 35. *eod.*

R. 147. Semper specialia generalibus insunt.

Procedunt quando minus ut species, vel pars sub majori continetur. Sic conditio dandi decem, impletur dando viginti: quia conditio debet adimpleri in forma specifica *l. Mævius. l. qui. de cond. & Demon. l.* 3. §. *si plus de stat. lib.* Sic stipulanti viginti si promittantur decem, debentur, quia minor numerus majori inest. *d. l.* 1. §. *si stipulanti. & d. l. quicque adstringendus*. 99. *De V. O.* Pro-

Procedunt inquam affirmativè, non autem negativè. Nec enim sequitur: non habet centum, ergo habet viginti. *DD. ad D. § si stipulanti. dec. n. 7. hic. Everhard. in loc.*

R. 148. Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent.

Ratio hoc naturali suadet. Exemplum sit in creditore uno possidere jusso, vel in possessionem misso rei servandæ gratiâ, cujus effectus cæteris prodest: quia non sibi soli, sed creditoribus omnib9 possidere videtur. *l. cum unus. de reb. auct. judic l. prætor ait. §. his verbis & l. creditores 14. eod.*

Obs. Colligere Interpp. ex h. reg. Quod argumentum de toto ad partem valeat. *per l. quæ de tota. de rei vind. & per l. quæ scit de Vsur.* identitate rationis concurrente; alias non. *Jason. ad l. servi electione. §. si. vers. confirmo de Leg 1. Bart. in l. an. pars. Pro derelict. de quo modo argumentandi plenissimè per Euerhart. & Cantum.*

R. 192. Ea quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis heredibus debeantur.

Est supra h. C. cap. 5.

Obs. Quod res quædam præstationem recipiunt; quædam non: & id vel naturâ, vel lege. Si res in obligationem veniat, quam creditor pro parte petere itidemque præstari pro parte à debitore possit, veluti si promissa sit pecunia certa, seu quantitas. *l. 2. §. & harum. l. in executione §. 1. De V. O.* quisque suam partem præstando liberatur. Sed si aliquid debeatur, quod nec pro parte peti, nec pro parte solvi possit, ut servitutes, operæ & facta. *l. stipulationes. l. si libertus qui solvendo. De oper. liber.* heredis singuli in solidum tenentur. *de l. in executione §. 2. l. fideicommissa §. pen. de Legat. 3. V. Coras. in l. via. de servit.*

Cap. XXIII.

DE RARO AUT FREQUENTER *accidentibus, verisimilibus, & more regionis.*

R. 64. Ea quæ rarò accidunt, non temerè in negotijs agendis computantur.

Ratio

Ratio quia rarum, & nunquam æquiparantur *pr. c. coram de off. c. delega.* Et rarò quod contingit, miraculum est. *tex. c. 1. in fi. Novell.* 105. Ideò Leges se accomodant ad id, quod frequentius; quàm ad illud, quod semel ac iterum, accidit. *l. nam ad ea cum l. proxima, de LL.*

Procedit ut non temerè, hc. facilè attendantur, quæ rarò accidunt: ut in legibus condendis, in concessis jure speciali, in pendentibus à voluntate principis, in miraculosis & similibus, prout explicat & limitat. Decius hic.

Obs. considerari in jure illa, quæ fiunt, vel contingunt à natura, licet rarius. *claret. ex l. si m. jor. C. de Legit. hered. l. 3. C. de posth. hered. § Insulam. I. de rer. divis. per quem tex.* ait Porc. Quod rarò contingentia, non sunt sub lege, aut regula communi, nisi exprimantur.

R. 114. In obscuris inspici solet, quod verisimilius, aut quod frequentius accidit.

Concordat. c inspicimus 45. h. t.

Verisimilia, quia cognata sunt natu-

ræ. *Bal. conſ.* 130. *lib.* 3. Et quæ non veriſimila falſitatis habent imaginem. *Idem circa l.* 1. *C. de fur. & Ser. cor. l. milites* §. *oportet. C. de quæſt.* quia hæc veritatem imitatur. *Novell.* 73. *in præfat.* Ad iſtam autem ſemper proximè accedendum: *arg. l. filio. de lib. & poſth. l. nec ei. de adopt.* quia ſemper prævalet, §. *ſi quis rem. I. de Leg.* & magis attenditur, *l.* 2. §. *ſi pupillo. de uſucap. l. fi. de cum expil. hered.* & homines Deo facit ſimiles. *Pythag. apud Stob.*

Obſ. Certam regulam conſtitui non poſſe: quid veriſimile dicatur. *Alciat. in pro am.* tr. de præſumpt. Quia ex perſona, qualitate, quantitate, loco, tempore & alijs conſideratur. *Idem in l.* 1. *De V. S.* Concurrentibus autē duobus veriſimilibus præfertur, quod magis veriſimile. *Latè Euerbar. loc. à ſimili.*

Frequentiora, quia ad ea quæ plerumque eveniunt Leges ſe adoptant DD. LL. Et à frequentius accidentibus ſumitur interpretatio in legibus, in contractibus, in teſtamentis *d. Euerbar. loc. ab Uſitat.* Et

Et ex his patet quatenus Regula procedat, plura apud Regulistas.

R. 34. Semper in stipulationibus, & in cæteris contractibus, id sequimur, quod actum est: aut si non appareat quid actum, erit consequens, ut, id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque mos regionis appareat; quia varius fuit? ad id quod minimum est, redigenda summa est.

Quod autem attenditur, quia propositum in mente retentum nihil operatur. *l. sed Celsus. §. 1. fundus de contr. empt. l. fin. C. Quæ res pign. oblig. poss. l. si repente. C. de condit. ob caus.*

Quod si non appareat præsumitur quod tacitè sub intelligitur. *Bar. hic. pr. l. cum quid si cert. pet.* vel ex qualitate rei. Ad consuetudinem recurritur. *l. ut universorum de pign. act. l. qui semisses de Usur.* quia partes se illi accommodasse verisi-

mile est: & quod est de consuetudine habetur pro pacto. *l. quod nolit. §. qui assidua de ædilit. edict.* Et demum ad id quod minimum est, ne actus pereat, sed sustineatur. *R. 9. h. t. l. 80. De V O.*

Cap. XXIV.

DE ÆQUITATE.

R. 85. In ambiguis. §. 2. Quotiens æquitatem desiderij, naturalis ratio aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est.

RAtio. Quia quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto est melius. *Arist. 4. Polit.* Cum dictat aliud æquitas, aliud jus strictum, medium quodammodo viam eligere oportet. *§. fi. I. Quib. ex cau. mann.* & justis decretis sic utrumque temperare, ut nec ratione æquitatis, nec ratione stricti juris, nimium concedatur. Judex enim non minus naturali rationis dictamine, quam ipsâ lege scriptâ moveri

veri debet, & decernere quæ ad negotia & casus legibus aut constitutionibus non comprehensos, accomodentur. *l. neque leges. de LL. l. ubi non apparet. De V. O. l. Quod si Ephesi. de eo quod cert. loc. l. 1. in fi. Ex quib. cau. maj. V. Zoes ad tit. de Judic. n. 36. 37. 38. & seqq.*

Obs. Quod temperare est inter summum, & nimium indulgens jus, medium locum tenere. *l. 17. de Usur.* ut sit sensus.

R. 90. In omnibus quidem, maximè tamen in jure æquitas spectanda est.

Ac ideo judices in principio sui officij jurare debent, quod in judicando æquitatem sequi velint. *Novell. 8. Jusiur. quod præst. ab his. Novell. 15. c. 1. Auth. hodie C. de Judic.* quam, tum in condemnando, tum in absolvendo, semper ante oculos habere debent. *l. 4. § fi. de eo quod cer loc.* ne stricto juri insistentes perniciosè aliquando errent. *l. si servum. 91. § sequitur. De V. O.* Placet enim omnibus in rebus, præcipuam esse justitiæ

æquitatisque, quàm stricti juris rationem. *tex. l. 8. C. de Judic. Bron. cent. 1. assert. 5.* Hinc pacta ex æquitate interpretantur, & à verbis testatoris receditur. *l. si socius. 81. Pro socio. l. qui filium. 74. in fi. ad SC. Trebell.*

R. 183. **Et si nihil facilè mutandum sit ex solemnibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est.**

Ratio, ut passis succuratur, non ut jus resolvatur: quare à solemnibus juris, & ab eo quod usitatum est, quandoque receditur. *l. Divus de restit. in integr. l. Imperatores de Appell.*

Procedit tam in actibus inter vivos, quàm in ultimis voluntatibus; Exemplum in confesso in se ultrò, qui post damnationem liberatur, si de innocentia constiterit. *l. 1. §. fi. & ibi Bar. de quæstionib. l. un. ubi. Bal. C. de Confess.* In testamento inter liberos, quod sustinetur, etiamsi legum solemnitate destituatur. *l. fi. C. fam. ercisc. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

fecto. & Authent. Quod sine C. de testam. Donell. 6. comm. 9. Fachin. 4. Controv. 1.

CAP. XXV.

DE SINGULARIBUS.

R. 141. Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia.

Concordat. ijsdem verbis l. quod vero. 14. de LL.

RAtio. Quod singularia contra tenorem rationis generalis auctoritate constituentium propter aliquam utilitatem introducta, non egrediuntur eum casum, nec ad similes producuntur: cùm in singulis non sint eædem circumstantiæ, ob quas eximi à communi lege debeant. *d. l. 14. cum duobus. proximus l. 2. eod.* In his igitur, quæ contra rationem juris constituta sunt, non possumus sequi regulam juris, quæ generalis est: eo quod per speciem generi derogetur: *de l. 15. & R.*

& R in toto 80. *h.t.* Nec trahi ad consequentia & exempla debent: eo quod non faciant jus inter alios. *l. actio. §. Labeo. Pro soc. c. quod alicui. & c. quæ à jure h.t.* & exemplis non sit judicandum. *l. nemo. C. De sent. & inter.* Claret in materia privilegiorum. §. *Sed & quod principi. ac ibi Commentator. I. de I. n. G. & supra cap.* 1. *h. Clas.* In servis adquirentibus possessionem dominis ignorantibus. *l. peregrè §. quæsitum. de acq. poss. l.* 2. §. *Celsus. Pro empt.* In interlocutionibus in uno negotio prolatis. *l.* 3. *C. de L.L.*

Procedit in materia odiosa, alias secus, *ceu indicat. hic Dec. in fi.* Quia ab identitate rationis non procedit argumentum in odiosis, etiamsi omnimoda similitudo esset. *V. Euerhar. in loc. a. simili.*

R. 162. Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

Concordat. c. in argumentum eod. in 6.

Ratio. Quia tanta est illius vis, ut licitum quid faciat, quod est illicitum: & cùm nulli subjecta sit legi, se ipsam facit

cit legem. *l. pen §. fi. de exeu. tuto. l. Divus. de pet. her. l. 1. de offic. consul. l. alienationes. Fam. ercisc.* Sed ita tamen, ut quod propter vim ipsius promittitur ad argumenta & similia nequaquam extendi. *arg l. 1. & 2. C. de patr. qui fil. distr. & l. un. C. de cad. toll. l. ut. gradatim. §. 1. & 2. de mun. & honor. l. 3. C. de primipil.* ne quidem propter majorem necessitatem debeat, stante expressâ in contrarium prohibitione, vel quæ expressè æquipollet. *Dyn. ad D. c. in argumentum. & ibi not.*

Procedit, ut durante necessitate, ejus causa recepta stent, eâ cessante pariter cessent. *Bal. circa l. 1. C. de nau. fan. Ampliationem & limitationem ad regulam subministrabit Jac. Novell.* 102. *Regul. & singul.* 100. *Ger. de Petra. sancta.*

CAP. XXVI.

DE MODIS TOLLENDI OBLIGATIONES.

R. 153. Ferè quibuscunque modis obligamur, jisdem in contrarium

trarium actis liberamur: cùm quibus modis adquirimus, jisdem in contrarium actis amittimus. &c.

Est supra cap. 4. h. Clas.

RAtiò quia contraria contrarijs dissolvuntur *Novell.* 140. Exemplum subijcitur regulæ, de adquirendâ & omittendâ possessione, animo simul & corpere. Aliud addi potest, de contractibus præter consensum traditionem habentibus, ad quos dissolvendos, non solum contraria voluntas. sed & actus retrò similis, aut æquipollens, requiritur. *l. ab emptione* 58. *de Pact. l.* 1. *C. quand. lic. ab empt. reced.*

R. 100. Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

Ratio est in R. 35. Nihil tam naturale &c. Sic stipulationem stipulatio, solenne testamentum aliud æque solenne perimit atque subvertit. *D. R.* 35. §. 1. *I. Quib. mod. toll. oblig. d.* Novell. 140. *cap.* 1. §. 2. §. *ex eo.* 7. *I. Quib. mod. testa. infirm.*

infirm. l. si quid post. l. heredes. 21. Qui test. fac. pos.

Procedit quando ad ineundum actum certa solemnitas requiritur, nam & in revocatione illa adhiberi debet. Secus est, si ex abundanti. *Bart ad l. heredes palam. §. si quis. de testam. Jason. in l. sive apud acta. C. de transact.*

R. 129. Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

Est supra. c. 19. h. Clas.

Dissolvitur ipso jure obligatio per solutionem, sive fiat creditori, suumque recipiat à creditore, sive alij jussu ipsius, nam.

R. 180. Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

Est supra c. 16. h. Clas. Concordat. l. solutam 49. §. 1. De solut & liber. l. qui mandat. 56. eod. l. 2. C. eod. tit. Quod & in jussu tutoris, & aliorum administrationem habentium procedit. *l. 14. l. 18. l. pupilli 96. D. eod.* Quia facere per se, & facere per alium, paria sunt,

§. nihil.

§. nihil. a interest. 42. I. de rer. Divis. l. invito. l. nihil interest. & ibi Bal. C. de Solut. l. solutum. §. solutam. & Bart. ibi. De P. A.

R. 77. Actus Legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem; veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris; in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem. Nonnunquam tamen actus supra scripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa vitium adferunt, nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit, quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendantur, nullius momenti faciet actum.

Actus

Actus legitimi, seu ex legis sanctione descendentes, sunt vitus & actiones quædam solennes, certis verborum formulis conceptæ, quæ prætergredi non debent: quia cum ex illis stabile & perpetuum jus nascatur, præsentem executionem secum trahunt & puré fieri debent: alioquin vitiantur, & nullius momenti redduntur. *Cuiac.* 15. *Obs.* 16. *Alciat.* 3. *Pareg.* 3. Interdum tamen fieri potest, ut hujusmodi actibus tacita conditio insit (quæ intrinseca seu legalis vocatur) per quam non vitiantur: quia ut est textis.

R. 195. Expressa nocent, non expressa, non nocent.

Procedit præcedens regula in actibus legitimis, qui non sunt contractus, fallit in illis qui non sunt contractus.

Obs. Quod etsi acceptilatione, debitum in diem vel sub conditionem, tolli possit: attamen acceptilatio purè fieri debet. *l.* 12. *cum. l.* 21. *De acceptil* qua perinde ac solutione obligatio interit. *arg. l.* 4. *C. de transact.*

R. 35.

R. 35. Nihil tam naturale est, quàm unumquodque eo genere dissolvi, quo colligatum est: ideoque verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio, contrario consensu dissolvitur.

Ratio in c. omnis. 1. ✠. De R. I. Quia omnes res per quascunque causas nascuntur per easdem dissolvuntur. Patet ex contractibus solo consensu initis, qui partium dissensu resolvuntur. *Interpp. ad d. t. I. Quib. mod. toll. oblig.* item ex realibus. *l. pront 80. De Solut.* Item ex possessione, quæ uti adquiritur, sic quoque amittitur. *d. R. ferè.* 153. & ex alijs à Dec. hic explicitis.

Procedit in contractibus, & obligationibus; item in adquirendis rerum dominijs, & eorundem amissionibus: uti ex præcitt. intelligere est. Fallit in contractibus societatis, & mandati. *§. manet. I. De societ. & rectè. I. Mand.*

Quare in præall. R. 153. *dicitur: Ferè.*

CAP.

Cap. XXVII.

DE DELICTIS.

R. 154. Non. §. 1. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

Ratio quia unde pœnæ germinant, inde commoda florere non debent, ne facinoribus ac tumultibus semina fiant. *ex Gloss. in l. sive hereditaria. De negot. gest. & in l. si ab hostibus. §. 1. Sol. matr. l. 5. §. si quis cautionibus, l. 3. §. 11. Ad exhib. l. 6. §. fi. Mand. R. alterius.* 49. *& R. factum* 155. & malitiæ hominum præcidendæ *juxta l. in fundo. De rei vind. Pac. 9. cent. 61. ubi ad l. 2. §. postea. De orig. jur. & ad l. Titio. 26. Ad Municip. respondet.*

R. 155. Factum cuique suum, non adversario, nocere debet.

Est supra cap. 11. *hujus Clas.*

Ratio, quia alteri per alterum iniqua conditio non est inferenda. *d. R. non debet.*

bet 74. nec facto alieno alius onerari, aut odio debet: *l. in causa. De procur. l. pater fam. De hered. inst. l. si quis in suo. §. Legis. C. De inoff. test.* & facti quisque sui nomine pœnam meretur. *l. si communis. 9. De nox. act.* Dolus proinde tutoris non oportet nocere pupillo. *d. R.* 198. Sed ei duntaxat, qui eum admisit. *l. is qui. 9. Quæ in fraud. credit.* Sic nec divisio hereditatis, aut rei communis, absentibus, vel ignorantibus. *l. 3. com. divid. l. coheredibus. C. familiæ ercisc.* Alterius quoque jus incorruptum manet, altero eorum ex pluribus agente adversus litigantem de libertate. *l. si pater. 9. De liberal. caus.*

Procedit & in civilibus, & in criminalibus.

R. 111. Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse, & furandi, & injuriæ inferendæ.

Ratio. Cum reipublicæ intersit ne delicta remaneant impunita *l. si longius. De Judic.* etiam in pupillos animadvertere oportet; sed cum distinctione. Qui est doli

infans, aut infantiæ proximus ex delicto prorſus non obligatur. *l. infans. Ad Leg. Corn. de Siccar. l.* 1. *C. de falſ. monet.* Qui eſt doli capax, & pubertati proximus, tenetur quidem ex delicto, ſed propter ætatem, mitiori pœna afficitur. *L. impuberem. De furt. l.* 5. *& ideo. Ad Leg. Aquil. A. Gell. lib.* 11. *c.* 18. *Gomez.* 2. *Var. reſol.* 3. Quia.

R. 108. Ferè in omnibus pœnalibus judicijs, & ætati, & imprudentiæ ſuccuritur.

Procedit illa diſtinctio, etiam in contractibus, *ut probatur in §. pupillus.* 15. *I. De inutilib. ſtipulat. & per Gloſſ. in l.* 1. *De Novat Aretin. & alij ad eund. §. I. Ampliationes & Limitationes habet Pet. A. Duend. reg* 259.

Obſ. Quod non ſemper procedit æquiparatio de proximo pubertati ad pupillum; *prout eſt legere apud Dec. hic. n.* 5. Nec de proximo infantiæ ad infantem; *seu indicat Bachov. ad d. §.* 5. *I. verſ qui habent, & ad §.* 2. *I. de tutel. n.* 2.

R. 126. Nemo prædo est, qui pretium numeravit.

Ratio. Cùm ad translationem dominij necessarium sit precium, vel solutum, vel creditum. §. *vendita.* 41. *I. de rer. divis, l. procuratoris.* 5. §. *sed si.* 18. *de Tribut. d. l. quotiens.* 15. *C. De rei vind. l.* 1. & 2. *De contr. empt. R. imaginaria* 16.

Qui illud numeravit, utique non est prædo, he. malæ fidei possessor: nec peti ab eo hereditas potest, quasi pro possessore possideat; sed ut emptor universitatis, utili actione tenetur. *tex. in l. nec ullam.* 13. §. *si quis.* 8. *De pet. hered.*

Obs. Quis propriè prædo *ex dictis ad l. hostes.* 113. *De V. S.* impropriè etiam bonæ fidei possessor post petitam hereditatem. *l.* 27. & 33. *De pet. hered.* item malæ fidei possessor. *l.* 55. *De cond. indeb. l.* 21. §. *si prædo. De pign. act.* Quod autem discrimen inter prædonem & bonæ fidei possessorem Cuiac. 10. *Obs.* 1.

R. 169. Is damnum dat, qui jubet dare.

Concordat. c. qui per alium 82. *h. t. in* 6.

Ratio.

Ratio. Quia paria sunt (uti supra cap. præced. R. 180.) per alium, & per se facere. *l. nemo. De duob. reis. l. non solum. §. si mandato. De Injur.* Et qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. *l. qui occidit. §. penul. ad leg. Aquil.* Constat ex illis, quæ supra de servis mandato, & ratihabitione. Item ex deijciente per alium de possessione. *l. 1. §. deijecisse. De vi & vi arm.* ex caliumniante. *l. 2. §. Divus. De Jur. Fisc,* ex occidente. *l non ideo minus. C. De Accusat.*

Procedit quoad pœnam, ubi non est electa industria personæ, vel coacta exequi mandatum: secus autem, ubi est electa alicujus industria, vel coactus mandatarius. *l. una. §. ne autem. C. De cadu. toll. inter artifices. De Solut. d. l. 1. §. quoties. De vi. & vi. arm. l. servus. C. ad leg. Jul. De vi. publ. Dyn. ad d. c. 82, & Dec. hic.*

R. 151. Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere, jus non habet.

Ratio. Uti qui facit, quod facere jus

habet, damnum non facit: ita qui facit, quod facere jus non habet, damnum facit. Hæc enim oppositorum natura, ut cui unum adimittitur, ei alterum attribuatur. *Arist.* Damnum proinde dat, qui sine permissione in publico quid facit. *Secundum Edict. prætoris. tot. tit. D. Ne quid in loc. publ.* Item qui contra edictum, De novi operis nuntiatione, aut de damno Infecto: quorum altero, ne ex opere vicini futuro, altero ne ex jam facto, damnum fiat; cavetur. *ut ex tit. Digestor.*

Procedit cùm illegitimè quid fit, secus si legitimè: nam jure qui utitur suo, nemini damnum facere præsumitur. *d. R. 55. d. R. 61. l. 1. §. deniq; Marcellus. De aqu. pluv. l. 6. De servit. urban. prædior.*

R. 203. Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

Ratio. Quia illud sibi, non alijs imputare debet. *juxta c. damnum. 86. eod. in 6.* cum suo quo (quod ait adagium) laqueo captus sit. Ac ideo auxilium juris implorare non potest, ut damnum sibi resarciatur.

ſarciatur. *DD. ad l. item ſi verberatum. De rei vind.* Confirmatur per procuratorem ob ſuam contumaciam mulctatum. *l. qui proprio. 46. §. ſi contra. De Procur.* per evictionem ab emptore cauſſatam. *l. ſi ideo 55. De evict.* per ædificantem ſcienter in alieno. *§. ex diverſo. 30. I. De rer. divis.* vel paratesia. *l ſi cui loco. l. maniana C. de ædif. privat. l. ædificia. C. de operib. publ.* per ſcribentem in aliena tabula. *§. literæ. 33. I. eod. & per alia eod. t.*

R. 121. Qui non facit, quod facere debet: &c.

Eſt ſupra cap. 18. inde petatur.

CAP. XXIIX.

DE QVASI DELICTIS.

R. 132. Imperitia culpæ adnumeratur.

Eſt ſupra d. c, 18.

ILlustratur exemplis. *ex §. imperitia 7. & ex alijs l. de Leg. Aquil. ex pr. tit. l. de obligat. quæ quas. ex delict. ex l. si quis absentis. § judex de O. & A.* medici, mulionis, equitantis, judicis, &c.

R. 152. Hoc. §. 1. Deijcit, & qui mandat.

Est supra c. 16. fac. §. 1. l. de oblig. quæ quas. ex delict.

Ratio. Quia mandans & mandatarius pro eadem persona habetur. Quare si quis nomine meo aliquem de fundo deijecit, ipsemet id fecisse videor. Vel si ratum habui, quoniam

R. ead. §. 2. Ratihabitio mandato comparatur.

Concordat. c. ratihabitio. 10. *De R. I. in 6.*

Tenebor interdicto unde vi, non secus ac si ab initio mandassem. d. l. 1. §. quoties. Quia ratihabitio facit actum censeri ratificantis. *l. 5. §. item quæritur. de neg. gest.* Sic & si cædem alicujus mandavero, aut ratam habuero, pœnæ Leg. Corneliæ de Siccarijs obnoxius ero: cùm

nihil

nihil intersit. occiderit quis, an caussam mortis præbuerit. *tex. l. nihil.* 15. *Ad d. Leg. Cornel.*

ANACEPHALÆOSIS SECUNDÆ CLASSIS.

VEniunt rei nomine, dominia & obligationes. Ad illa pertinent privilegia & beneficia, sive personalia, sive realia. Servitutes prædiorum dominium arguunt, liberum est, reficere domum.

Per donationes, ab his qui alienare possunt, citra errorem factas, dominia adquiruntur. Item per usucapiones, si bona fides, & alia requisita, adsint. Nec minùs per testamenta & Legata, ab heredibus scriptis adita, nec repudiata, vel ab intestato, aut per bonorum possessionem.

Communia quædam sunt obligationibus & contractibus, ut quis contrahere possit, velit. & consentiat, in rebus aut factis possibilibus & licitis, sub forma habili ad jus transferendum. Oriuntur

obligationes, vel ex contractu, vel quasi ex contractu. Illæ contrahuntur re, ut commodatum, depositum, pignus, precarium: verbis, ut stipulatio; cujus interdum plures rei: consensu, ut emptio venditio, locatio, conductio, mandatum ratihabitio. Quasi ex contractu sunt, negotiorum gestio, tutelæ administratio, communio rerum, & indebitum. Accidunt contractibus & obligationibus, casus fortuitus, culpæ, imperitia, error, dolus, fraus, tempus, mora: quæ obscura, dubia, ambigua, repugnantia: & quæ de toto & parte, de genere & specie, de rarò & frequenter contingentibus, & de more regionis: in quibus & alijs, etiam singularibus, æquitate opus est. Occidunt obligationes varijs modis, puta solutione, acceptilatione, voluntate, & jure contrario.

Sunt & obligationes ex delictis, vel quasi. Illis furtum, rapina, damnum, injuria: istis imperitia, dejectio, adnumeratur.

Et hæc de rebus, secundo Juris nostri objecto. *Finis II. Classis.*

SCHE-

SCHEMA TERTIÆ CLASSIS.

DE ACTIONIBUS.

Cùm Judicia alia privata sint, alia publica: & personæ quæ in his, vel principales, vel accessoriæ: ideo

CAP. I. De Judice.

R. 105. Ubicunque caussæ.
102. §. 1. Ejus est actionem.
176. Non est singulis.

Quis possit esse Judex.

175 In his quæ.
2 Feminæ.
2 §. 1. Item impubes.

CAP. II. De actore & Procuratore.

R. 42. Qui in §. 2. vers. Plane.
41. Non debet actori.
123. Nemo alieno.

CAP. III. De reo & Defensore.

R. 125. Favorabiliores.
52. Non defendere.
156. Invitus nemo.

103. Nemo de domo.
166. Qui rem alienam.
95. Nemo dubitat.
140. Absentia.
101. Ubi lex.

Actiones vel non transitoriae, vel transitoriae sunt in heredes.

Cap. IV. De Actionibus.

R. 15. Is qui actionem.
204. Minus est.
27. vers. actionem modus.
49. Alterius circumventio.
177. Qui in jus. §. Nemo.
47. §. 1. Quoties concurrunt.

De Pauliana.

78. Generaliter.
134. Non fraudantur.
145. Nemo videtur.

De Poenalibus.

130. Numquam actiones.
154. §. 1. Illi debet.

De Famosis.

104. Si in duabus.

De bonae fidei.

57. Bona fides.

De arbitrarijs.

22. §. 1. Generaliter.

De plus petitionibus.

110. In eo quod plus.
186. Nihil peti.

De

De in quantum qui fac. pot.

173. In condemnatione.
28. Divus Pius.

De quod jussu.

149. Ex qua persona.

De Peculio.

93. Filiusfamilias.
58. Ex pœnalibus.

De transitorijs in heredem.

156. §. 2. Cum quis in.
38. Sicuti pœna.
111. §. 1. In heredem.
164. Pœnalia judicia.
44. Toties in heredem.
127. Cum Prætor.
152 §. 3. In contractibus.
157. §. 2. In contractibus.

Exceptiones aliæ sunt perpetuæ, & aliæ temporales.

Cap. V. De exceptionibus & replicationibus.

R. 156 §. 1. Cui damus.
43. Nemo ex his.
143. Quod ipsis.
186. Nihil peti.
112. Nihil interest.
13. Non videtur cepisse.
51. Non videtur quisquam.
115. §. 1. Non potest videri.

De Dolo.

177. §. 1. Nemo videtur dolo.
173. §. 1. Dolo facit.
19. §. 1. Non solet.
154. vers. Neque datur.

De metu & timore.

115. Nihil consensui.
184. Vani timoris.

De Ignorantia.

42. Qui in alterius.

De infirmitate sexus.

110. §. 4. Mulieribus

Lite contestatâ, Judex facit officium suum, & judicat.

Cap. VI. De Litis contestatione.

R. 86. Non solet.
87. Nemo in.
139. Omnes actiones.

Cap. VII. De officio Judicis.

R. 170. Factum à judice.
71. Omnia quæcunque.
34. Semper in stipulationibus.
195. Expressa nocens.

In Lucrativis.

10. Secundum naturam.
33. In eo quod.
98. Quotiens utriusque.

In possessione:

128. In pari.

154. Cum

154. Cum par.

In obscuris, dubijs &c.

9. Semper.
41. §. 1. In re.
114. In obscuris.
268. §. 1. Quod factum.
2 0. Quoties nihil.

In condemnatione.

37. Nemo qui
21. Non debet.
28. Divus Pius.
173. In condemnatione.

Cap. VIII. De re Judicata.

R. 207. Res judicata.

Publica judicia, alia sunt capitalia, alia non capitalia.

Cap. IX. De Publicis Judicijs.

R. 109. Nullum crimen.
50. Culpa caret.
4. Velle non.
152. §. In maleficio.

De deportatione.

97. Ex solo.

De vi publica & privata.

152. Hoc jure.
155. §. 1. Non videtur.

Cap. X. De pœnis mitigandis.

R. 155. §. 2. In pœnalibus.
168. Rapienda est.
108. Ferè in omnibus.
1 ;8. §. 1. Nunquam crescit.


Cap. XI. De potestate gladij.

R. 78. Nemo potest.

Anacephalæosis.



CLAS-



CLASSIS III.

DE ACTIONIBUS.

CAP. I.

DE JUDICE.

R. 105. Ubicunque caussæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

RAtio. Quod in gravioribus, solennia judiciorum servantur. *l.* 1. §. 1. *de offic. præf. urb.* in aliјs de plano proceditur, absque figura & strepitu judicij. In illis tribunal, sella prætoris, caussæ cognitio, decretum prætoris, & cætera desiderantur. *l.* 3. §. *si caussa de bonor. possess. l. jubemus C. de judic.* Exemplum præstat, alienatio immobilium minorum, quæ cum judicis decreto fieri oportet. *l. minorum C. de præd. min. sin. decr. no. alie.* Item restitutio minorum in integrum, quæ pro tribunali cum solenni caussæ cognitione fit. *l.* 3. *de restit. in integr. de l.* 1. §. 1. *de offic. præf.*

Proce-

Procedit ergo in his: quæ cognitionem & solennitatem requirunt; secus in illis quæ simpliciter expediri possunt.

R. 102. §. 1. Ejus est actionem denegare, qui potest & dare.

Ratio est, quia ejus est nolle, qui potest velle. *R. 3.* Et secundum jus antiquum ad prætorem spectabat, dare aut denegare judicem & actionem: nec poterat quisquam agere, nisi eo concedente *l. ex consensu 21. de appell. l. 2. de judic.*

R. 176. Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice fieri possit, ne occasio sit majoris tumultus.

Ratio. Quod expedit reipublicæ ordinem servari, quo nihil tam utile, aut decorum hominibus. *Xenoph. Oecon.* officia non perturbari: *arg. de l. consulta C. de testam. l. nullus C. de Jud.* tumultus removeri. *tex. & in l. penul. de sicar.* Quare privatis minimè permissum, ut quod judicis est, vel magistratus, sibi usurpent. *l. si quis in tantam C. Unde vi. l. extat. Quod met. cau. l. pen. & ult. ad leg.*

leg. Jul. de vi. priu. Judiciorum enim vigor, jurisque publici tutela ideo in medio constituta est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. *tex. in d. l. nullus. Bron. 1. ass. 56. & c. 4. ass. 75.*

Procedit regulariter tam in civilibus, quam in criminalibus: in quibus autem non. *Bart. circa l. generali. C. de Decur. lib. X. Bal. ad. c. 1. §. si quis vero de pac. jur. fir.*

Obs. Esse nemini permissum, propriâ authoritate, & absque judice, jus sibi dicere: *l. Julianus. 17. de Judic.* iniquum est enim aliquem rei suæ judicem fieri: aut per vim auferre, quod suum est, vel sibi debitum: quod si faxit, jus suum amittit. *d. l. extat. Quod met. cau. d. l. pen. & ult. ad leg. Jul. de vi priv. & d. l. si quis in tantam.*

R. 175. In his quæ officium per liberas fieri personas Leges desiderant, servus intervenire non potest.

Ratio. Quia moribus impediuntur judices esse, feminæ & servi: non quia non ha-

habeant judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur. *tex. l. cum prætor.* 12. §. *penul. de Judic. l. 6. de arbitr.* Si tamen servus, pro libero habitus, judicis officio fuerit functus, acta sustinebuntur ob publicam utilitatem *de l. Barbarius. de offic. Procons.* Quò facit illud Horatij. Atque ipsa utilitas justi propè mater & æqui.

R. 2. Feminæ ab omnibus officijs civilibus, vel publicis sunt remotæ, & ideo nec judices esse possunt, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere.

Ratio horum omnium generica ea est, quod connata illis imbecillitas, & consilij incertitudo, cum levitate & inconstantia conjuncta, obest. *l. fi. C. de arbitr. arg. l.* 1. *de minor. & l. sive. de tutor. & cur. Giphan. hic.* Specifica, quare magistratum gerere non possunt, est, quia magistratus honor est & dignitas; sed horum participes non sunt feminæ, nisi per maritos. *l. mulieres. C. de Dignit. l. nunc.*

nunc. C. de mul. in quo loc. l. 1. §. corporalia. l. 6. §. ceterum de muner. cum l. Imp. ad. Municip. ergo &c.

Procedit, nisi ex consuetudine, vel jure hereditario, vel privilegio aliter obtineat. *Fab & Dec. hic.*

Quod neque advocati, neque procuratoris munus exercere possint, est quia sunt virilia *l. 1. de postul. l. quia accusat. de accusat. l. neque femina D. & L. alienam. C. de procur.*

Procedit si versentur in judicio pro alijs: secus est, si pro se, aut suis parentibus ætate morbove præpeditis, nec alium actorem habentibus. *de l. neque femina & fac. de l. 1. §. fi. de postul. Fab. n. 48. Dec. n. 9.*

Quod pro alijs nec intercedere, nec fidejubere, nec se obligare possint: & ratio inducendi SC. Vellejanum, fuit non solùm quia officium est virile, sed etiam quia periculum rei familiaris propter earum fragilitatem timebatur. *l. 1. 2. & fi. Ad SC. Vell. & ibi Gloss. cum DD. & ad l. si adversus. C. eod.*

R. ead.

R. ead. §. 1. Item impuberes omnibus officijs civilibus abstinere debent.

Ratio est, quia propter fragile ætatis consilium, & ignorant quæ vident, & ab aliis reguntur. *l. 1. C. de fals. mon. §. præterea. I. Quib. no. est. perm. fac. testa. l. cum prætor. §. non autem. De Jud. l. 1. §. 13. de O. & A. §. item major. 13. I. De excusat. tutor. vel curator.*

Procedit ordinariè. Et quandoque honorarius titulus magistratus, nuda dignitas, & officium sine administratione illis defertur. *l. fi. C. De testa. milit.* vel per alios administrant, cùm sine hereditario, jurisdictionem aut officio habent. *Bald. ad d. l. fi. C.*

Cap. II.

DE ACTORE ET PROCURATORE.

R. 42. in fi. vers. Planè qui agit, certus esse debet: cùm sit in potestate ejus, quando velit experiri: &

& ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

Concordat. l. purè 5. §. fi. De dol. except. l. si quando. C. De diliat.

RAtio. Quia actor agit, quando vult; sed reus, non: *d. l. purè & d. l. si quando.* Et nemo invitus cogitur agere: *to. tit. C. Ut nem. invit. coga. age.* Qui ergo acturus est, attendere debet, ne quem temere judicio fatiget.

Procedit regulariter, non autem in alterius gestore, procuratore vel administratore, herede. *l. 8. de neg. gest. l. 11. Mand. l. 9. ad Syll. l. 1. C. Quib. ut indign.* & alijs à Perezio indicatis *ad d. t. Cod. ut nemo invit. age. vel acu. coga.* Unde

Obs. Quod in præparatorijs judicij, favorabilior est actor ipso reo, in medio autem par est utriusque ratio, & in fine potior conditio rei. *l. De die. Qui satisd. cogant. & ibi Bart. & Jas.*

R. 41. Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

Concordat. c. non licet. eod. in 6.

Ratio.

Ratio. Quia etsi favorabilior sit reus, quàm actor. *R.* 125. tamen in judicijs æqualitas maximè est servanda. *arg. l. penul. C. De postul.* & nulla personarum acceptio habenda. *c. in judicijs. eod. h. t. in 6. fac. l. post litem. l. quæ omnia. De procur. Auth. At qui semel. C. De probat.* Inæqualitas autem juris ex rationibus & circumstantijs orta, respectu litigantium, æquitatem habet, & juris æqualitatem.

Obs. Quod juris est in uno relatorum, idem esse censetur in altero. *Gothof. hic in no. per l. 21. §. 11. De arbitr. l. 13. De jurejur. l. 20. De re jud. & alios.* Unde dicitur, omnia licere reis, quæ actoribus conceduntur: & his denegari, quæ illis prohibentur. *per tex. h. R. & l. petenda C. De integ. restit.*

R. 123. Nemo alieno nomine lege agere potest.

Lege agere, est in jure agere, ex formulis à lege institutis, ex præscripto legis, impetratis solemniter actionibus, apud magistratum experiri. *Gothof. hic. l. 2. §. 6. De orig. jur. d. l. Barbarius. V. Alciat.*

Alciat, 3. Parerg. 2. Et ideo olim in usu fuit, ut alieno nomine agi non posset, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela, *t. I. De his per quos age. pos. in pr. Gall. lib. 20. cap. 1.*

Quia hæc favorabilia; alioquin culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti *d. R. Culpa. 36.* Sed cùm non minimam haberet incommoditatem: quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cæperunt homines per procuratores litigare. *tex. l. eod. & patet ex tit. D. & C. De Procur.*

Procedit in actibus contentiosæ jurisdictionis, sed non in actibus voluntariæ: *prout apud Bachou. ad d. t. I. & De adoption. & Emancip. eod. & viol. 1. Disp. 2. thes. 4. & Disp. 27. the. 4. ubi ait sic usurpari in l. 1. C. De adopt. l. 4. D. eod. l. 3. De offic. procons. l. 1. De offic. Juridic.* Utique quæ contentiosæ jurisdictionis sunt, per procuratorem, & nomine alieno expediri possunt.

Cap. III.

Cap. III.

DE REO ET DEFENSORE.

R. 125. Favorabiliores rei potiùs, quam actores haberi.

Ratio. Quod magis prona sint jura ad absolvendum, quàm condemnandum. *d. l. Arrianus D. de A. & O. l. respiciendum. De pœn.*

Procedit tùm in civilibus, tùm in criminalibus, patet *ex l. qui accusare C. De edend. l. fi. C. De probat. V. Alciat. in tr. De præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. Bron. 4. cent. 98. per d. l. qui. & l. absentem. D. de pœn.*

R. 52. Non defendere videtur, non tantum qui latitat; sed & is qui præsens negat se defendere; aut non vult suscipere actionem.

Ratio. Cùm reus per se, vel per alium, in judicio defendi debeat, ne in contumaciam incidat: tria hic capita recen-

censentur, ex quibus fit contumaciæ locus. I. Si quis frustrandæ actionis causa latitat, ne præsentiam sui faciat. *d. l. Fulcinius. §. quid si. Ex quib. caus. in poss. eat.* II. Si qui præsens negat se defendere, vel tacet, & omninò non respondet prætori interroganti. *l. De ætate §. qui tacuit. De interrog. actio.* III. Si qui actionem suscipere non vult, sive in initio litis satisdare nolit de judicato solvendo; sive post eam contestatam non perseveret in defendendo. *l. 2. Ex quib. caus. in poss. recte defendi. 63. De judic.*

Obs. Discrimen inter defensorem & procuratorem. Hic postulat pro actore, ejus mandato, de quo nisi constet, satisdat de rato. Ille pro reo sine mandato, de quo etiamsi constet, satisdat de judicato solvendo, de rato quoque nunquam. *si mater. §. hoc jure. De exc. rei jud. l. 2. sin autem. C. De jur. pro. cal. Cuiac. in paratit. De procu.*

L. 156. Invitus nemo cogitur rem defendere.

Ratio. Quod cuique liberum esse debèt, alium defendere, vel non defendere: eo quod nemo compellitur ad id, quod sibi non nocet, & alteri prodest. *DD. in l. 2. Sol. matr. l. fi. de usu. l. nec conditores. De Novat. § qui tutelam.* 18. *I. De executor.* Laudandus quoque qui lites execratur, nec his implicari vult. *tex. l. 4. De alien. jud. mut. cau.*

Procedit regulariter. Cessat in advocato. *l. 7. De postul.* in procuratore *l. filiusfam.* 8. §. 1. *De procur. l. invitus. C. eod.* & in omnibus publica auctoritate officia gerentibus. *ceu apud Regulistas hoc loco*

R. 103. Nemo de domo sua invitus extrahi debet.

Ratio. Quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum esse debet. *l. plerią; De in jus voc. l.* 1. *De Syllan. §. sed & lex. 8. I. De Injur.*

Procedit in caussis civilibus. *pat. ex l. qui in domum. De Injur.* Sed non in criminalibus & delictis publicis. *l. 2. & ibi Bal. C. De ser. fugit. l. 2. C. De ex actor. trib.*

b. lib. X. *Alias limitationes, uti & am-*
itiones Port. 3. *regular. Conclus.* 20.
366. Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.
Etiamsi locupletissimus sit, non vide- defendere, nisi satisdare fuerit para-
Nam defendere est eandem vicem, m reus subire, & facere quod is face- & cavere idoneè. *tex. l. minor.* 51. . *cum duobb. seqq. & l. sed & hæ.* 31. 3. *De procur. & defens.* Et per satis- ionem magis prospectum est in omni xtu. *Bart. circa l. sciendum* 15. *Qui sa- cogant. faci Auth. generaliter. C. De & cler. n.* 112. *cap.* 2. §. *Sed hoc. I. eo cui lib. can.* §. *si vero. l. De Satis-*

Procedit quod nemo sit immunis à sa- ando, nisi necessariam personam de- at. *l.* 1. & 3. *In jus voc. ut eant. l.* 2. *Qui satisd. cogant. Tres limitationes antur in socino Reg.* 8. *D.*
5. Nemo dubitat, solvendo vi- leri cum, qui defenditur.

Ratio. Qui enim defenditur satisdedit. Et verum est, quod sit solvendo; qui per se, vel per alium, solvere solidum potest. *l. solvendo De V. S. & quæ dixi ad l. liberationes. 47. eod. d. l. 1. Qui satisd. cogant l. 7. De fidejussor. L. Titius. De Procur.*

R. 148. Absentia ejus qui Reipublicæ causæ abest, neque ei, neq; alij, damnosa esse debet.

Ergo nec reo, nec defensori.

Ratio. Quia justa absentia nemini nocet: *l. fin. De in integr. restit. l. sed & si. Ex quib. caus. maj. l. quia. C. De procur. Bart. in l. absentem. De pœnis.* & quæ Reipublicæ causa ab omnibus excusat. *Cujac. Ad l. 8. De Excusat.* Ratio, ut promptiores reddantur homines ad impedendam operam suam pro utilitate publica, cum de privata nihil eis decedat. Publica quidem & communis præferenda *l. 3. C. De primipil. lib. X. L. 4. C. Qui potiores.* tamen & privatorum habenda ratio, & adjuvandi, qui reipublicæ gratia absunt. *l. legatis cum d. sed & si. eod. tot. tit. C. De restit. milit. §. rursus. 5. I. De Action.*

Pro-

Procedit si in omittendo fuit læsio, non verò si in committendo. *l. videlicet. 29. Ex quib. caus. maj. l. quæ à patre C. De restit. milit. & Perez ad h. tit.*

R. 101. Ubi Lex duorum mensium facit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imp. Antoninus cum Divo Patre suo rescripsit.

Ratio. Quia menses dierum numero sunt dispares, cum alij XXX, alij XXXI. habeant diem. Et dies termini, non computatur in termino, *tex. l. 1. si quis caut. Gloss. hic.* Quare reus qui LXI. comparuit, audiendus est.

Procedit in mensibus continuis, qui termino XXX, vel XXXI. dierum præfiniuntur. Sed non in mensibus utilibus, qui limitatos dies non habent, & quandoque tres menses continuos occupant. *Dec. hic post Abx. Exempla in l. si venditor 8 & l. quod si nolit. 31. §. si quid ita. De ædilit. edict. in l. ult. C. De temp. appell. & in l. penul. C. de fidejussor.*

Ratio. Qui enim defenditur satisdedit. Et verum est, quod sit solvendo; qui per se, vel per alium, solvere solidum potest. *l. solvendo De V. S. & quæ dixi ad l. liberationes. 47. eod. d. l. 1. Qui satisd. cogant l. 7. De fidejussor. L. Titius. De Procur.*

R. 148. Absentia ejus qui Reipublicæ causæ abest, neque ei, neq; alij, damnosa esse debet.

Ergo nec reo, nec defensori.

Ratio. Quia justa absentia nemini nocet: *l. fin. De in integr. restit. l. sed & si. Ex quib. caus. maj. l. quia. C. De procur. Bart. in l. absentem. De pœnis.* & quæ Reipublicæ causa ab omnibus excusat. *Cuiac. Ad l. 8. De Excusat.* Ratio, ut promptiores reddantur homines ad impedendam operam suam pro utilitate publica, cum de privata nihil eis decedat. Publica quidem & communis præferenda *l. 3. C. De primipil. lib. X. L. 4. C. Qui potiores.* tamen & privatorum habenda ratio, & adjuvandi, qui reipublicæ gratia absunt. *l. legatis cum d. sed & si. eod. tot. tit. C. De restit. milit. §. rursus. 5. I. De Action,*

Pro-

Procedit si in omittendo fuit læsio, non verò si in committendo. *l. videlicet. 29. Ex quib. caus. maj. l. quæ à patre C. De restit. milit. & Perez ad h. tit.*

R. 101. Ubi Lex duorum mensium facit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ità enim & Imp. Antoninus cum Divo Patre suo rescripsit.

Ratio. Quia menses dierum numero sunt dispares, cum alij XXX, alij XXXI. habeant diem. Et dies termini, non computatur in termino. *tex. l. 1. si quis caut. Gloss. hic.* Quare reus qui LXI. comparuit, audiendus est.

Procedit in mensibus continuis, qui termino XXX, vel XXXI. dierum præfiniuntur. Sed non in mensibus utilibus, qui limitatos dies non habent, & quandoque tres menses continuos occupant. *Des. hic post Abx. Exempla in l. si venditor 8 & l. quod si nolit. 31. §. si quid ita. De ædilit. edict. in l. ult. C. De temp. appell. & in l. penul. C. de fidejussor.*

Cap. IV.

DE ACTIONIBUS.

R. 15. Is qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur.

Ratio. Quia jus civile voluit certos esse modos, non solùm adquirendi rerum dominia, sed etiam conservandi tuendiq́ue res adquisitas. *l. ult. De LL.*

Procedit in omnibus actionibus tam in rem, quàm in personam: *per l. id apud se. 143. De V. S. l. bonorum. 49. eod.* nimirum repræsentativè, non re ipsâ. Quia si veritatem spectamus, dicendum est cum

R. 204. Minus est actionem habere, quam rem.

Ratio. Quia secundum proverbium: multa cadunt inter calicem, supremaq́ue labra: cum multa accidere possint, & sæpè soleant, ut quis actionem habeat, rem ra-

amen non consequatur, ob incertos li-ium eventus. *l. quod debetur. De pecul.* 'turt. *n.* 11. *Matth. n.* 15.

Habetur quidem quod peti potest, sed nproprie loquendo, *ceu ad l. aliud est 71.*)e *V. S. dixi, ex d. l.* 143, *eod.* Sicut & n bonis nostris esse videtur, quod in a-tionibus, petitionibus, persecutioni-us, est. *d. l. bonorum. & ibi Gadd. & l.* *em in bonis* 52. *De acq. rer. dom.*

Procedit igitur non secundum ipsam ei veritatem, sed secundum quandam ju-is interpretationem & fictionem.

Obs. Quod verbum *videtur* importat militudinem aliquam, sed non idendi-atem. *l.* 1, §. *dejecisse De vi & vi arm. L.* *uod Nerva. Depos. l.* 1. *Quod jussu. & ad* *as Gloss. cum Interpp.* nec enim simile, est dem formaliter, sed in effectu & ratione. *qui liberis. ubi Bald. De vulg. & pupil.* *ubstit.*

R. 27. vers. **Actionum modus, vel lege, vel per prætorem intro-ductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tum cum**

inchoatur actio inter eos convenit.

Explicatur ex dictis ad hujus Reg. vers. Obligationum causæ &c. & ad Reg. 23. vers. Hæc servabitur, &c. supra Clas. 2. cap. 12.

R. 49. Alterius circumventio, alij non præbet actionem.

Ratio. Quemadmodum delicta propria meliorem adferre conditionem non possunt. R. 177. Sic nec alteri actionem dolus alienus. Nam quod alicui suo nomine non licet, nec alieno licebit. *c. quod alteri. 67. h. t. in 6.* Addatur, quod in illicitis, non videmur consentire. *arg. l. si pater. Quæ in fraud. credit. & l. proc. vers. quod indebitum. De cond. indeb.* Confirmatur exemplo servi *per l. quod servus. 24. De acq. pos.* Socij *per l. cum duobus. in fi. cum l. seq. Pro soc.* procuratoris. *per l. 4. §. illa etiam. De Dol. except.*

Obs. Quod una via prohibitum, non est alia permittendum. *l. feminis De procur. c. prohibentur. 2. q. 1. cap. Tuæ. De procur. cap. cum quid una 84. & ibi Dyn. h. t. in 6.*

R. 177.

R. 177. §. fin. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Est supra cap. 19. C. 2.

Excusatur igitur actor, si petat; non aliter ac reus, si neget. *R. qui in alterius.* 42. *R. non possunt.* 99. *De quibus supra locis suis.* utrique enim patrocinatur ignorantia.

R. 43. §. 1. Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, unâ quis experiri debet.

Intelligitur de actionibus rei persecutorijs ex una ac eadem causa & obligatione descendentibus, quarum unâ electâ perimitur altera: quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur. *R. Bona fides.* 57. *& ibi Giph. n.* 4. *Fachin. lib.* 8. *contr. c.* 6. Exempla societatis illustrari potest. *V. L. pro Socio.* 38. §. 1. *Pro soc.*

Procedit ergo in rei persecutorijs, non in pœnalibus, aut mixtis. *D.D. ad* §. 16. *I. De Action. & de concursu actionum. Cujac.* 8. *obs.* 24. *V. Gabriel.* 2. *De Act.* 1, & 2.

R. 78. Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non possit, considerandum est.

Ratio. Quia restituere in Pauliana plenissimè accipitur, *prout dixi ad l. plùs est.* 22. *De V. S.* Ideo adversarius ad omne emolumentum tenetur. *A Collib. post Rober. lib.* 1. *animad. c.* 15. etiam ad fructus percipiendos, si fuerit prædo. *per l. domum. C. De rei vind. l. si navis.* 62. §. 1. *D. eod. l. ait prætor.* §. *per hanc actionem. Quæ in fraud. credit. Cuiac.* 5. *Obs.* 21. *vult.* 1. *Discept.* 20.

R. 134. Non fraudantur creditores &c.

R. 145. Nemo videtur fraudare &c.

Sunt supra cap. 19. *Clas.* 2. *inde petantur.*

R. 130. Numquam actiones præsertim poenales de eadem re concurrentes alia aliam consumit.

Concordat. tex. l. Si Quadrup. paup. fecisi in fi. Ratio.

Ratio est: quia prout quis deliquit, ita puniri debet, §. *item lex Jul. De vi pub.* *l. De publ. judic.* cum pœna sit commensuranda delicto. *l. sancimus. C. De Pœn.*

Procedit si actiones ex pluribus factis & delictis descendunt. V. g. Si quis eundem hominem surripuerit, surreptum verberaverit, & dein occiderit: hic actione furti injuriarum, & legis Aquiliæ efficaciter conveniri potest. *l. 2. De privat. delict. l. 27. Ad leg. Aquil. Matth. hic.* Non procedit, si ex uno facto & delicto proveniant: quia non debet quis dupli- pœna ex eodem delicto puniri *l. sanctionum. De pœn.* nisi quid in altera pluris. V. g. Si quis rem rapuerit, & furti, & bonorum raptorum tenetur. *l. 1. de vi b. rapt. A Collib. hic.*

154. *§. fi.* Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

Ratio. Quia nemini datur actio, nisi honesta ex causa *l. 76. in fi. De Jur.* Neque pœnam petere non debet, aut potest, qui illi factus est obnoxius. *c. Frustra*

stra sibi fidem. 75. *h. t. in 6. Gothofr. hic in not. per l.* 77. §. 27. *De Leg.* 2. *l.* 21. *C. De pact. l.* 6. *C. De transact. & plures alias.*

R. 104. Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est: præponenda est caussa existimationis. Ubi autem æquiparantur famosa judicia, etsi summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

Major censetur causa, quæ infamiam irrogat, etsi minorem summam contineat: quia viro bono infamiæ metus major est, quàm mortis: & fama omnibus rebus præstat. *l.* 8. §. *pen. Quod met. caus. l. justa.* 9. *De manum. vind.* Quapropter illa, alteram ad se, tanquam minorem trahit: nec enim per minorem caussam fieri præjudicium majori debet. *l. per minorem.* 54. *De Jud. Matth. hic. l. ult. C. de ord. jud. Fachin.* 9. *contr. c.* 2.

Æquiparantur autem actiones famosæ, etsi summam imparem habeant. Veluti in concursu actionis commodati, cum actio-

ctione furti, si primo agatur commodati, deinde furti. neutra alteri præjudicat: quia una rem & id quod interest, altera pœnam prosequitur: Quapropter non attenta imparitate summæ, quæ prior cæpta est, prior finitur, *l. ante penult. commod. l. fin. C. De furt. & Serv. corrupt.*

Procedit quod major præferatur minori non solum in civilibus, sed etiam in criminalibus. *V. Perez ad tit. C. De ordin. judicior.*

57. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

Concordat. c. Bona fides. 83. eod. in 6.

Ratio. Quia est contra æquitatem: *l. C. De furt.* cùm solutione ejus quod debetur, omnis obligatio, tollatur. *tit. in pr. Quib. mod. toll. oblig.* Illustratur exemplo duorum correorum debendi, quorum alter solverit. *§. ex hujusmodi. l. De duob. reis.* Item Legatarii, qui existente conditione, æstimationem legati consecutus est. *l. 3. §. condemnatio. ad exhib.*

Ratio. Quod cuique liberum esse debèt, alium defendere, vel non defendere: eo quod nemo compellitur ad id, quod sibi non nocet, & alteri prodest. *DD. in l. 2. Sol. matr. l. fi. de usu. l. nec conditores. De Novat.* § *qui tutelam.* 18. *I. De executor.* Laudandus quoque qui lites execratur, nec his implicari vult. *tex. l. 4. De alien. jud. mut. cau.*

Procedit regulariter. Cessat in advocato. *l. 7. De postul.* in procuratore *l. filiusfam. 8.* §. 1. *De procur. l. invitus. C. eod.* & in omnibus publica auctoritate officia gerentibus. *ceu apud Regulistas hoc loco*

R. 103. Nemo de domo sua invitus extrahi debet.

Ratio. Quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum esse debet. *l. plerique De in jus voc. l. 1. De Syllan.* §. *sed & lex. 8. I. De Injur.*

Procedit in caussis civilibus. *pat. ex l. qui in domum. De Injur.* Sed non in criminalibus & delictis publicis. *l. 2. & ibi Bal. C. De ser. fugit. l. 2. C. De ex acto. trib.*

trib. lib. X. Alias limitationes, uti & ampliationes Pert. 3. regular. Conclus. 20.

R. 166. Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Etiamsi locupletissimus sit, non videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus. Nam defendere est eandem vicem, quam reus subire, & facere quod is faceret, & cavere idoneè. *tex. l. minor. 51. in fi. cum duobb. seqq. & l. sed & ha. 31. §. 3. De procur. & defens.* Et per satisdationem magis prospectum est in omni eventu. *Bart. circa l. sciendum 15. Qui satisd. cogant. faci Auth. generaliter. C. De epis. & cler. n. 112. cap. 2. §. Sed hoc. I. De eo cui lib. can. § si vero. l. De Satisdat.*

Procedit quod nemo sit immunis à satisdando, nisi necessariam personam defendat. *l. 1. & 3. In jus voc. ut eant. l. 2. §. 2 Qui satisd. cogant. Tres limitationes videantur in socino Reg. 8. D.*

R. 95. Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.

Ratio. Qui enim defenditur satisdedit. Et verum est, quod sit solvendo; qui per se, vel per alium, solvere solidum potest. *l. solvendo De V. S. & quæ dixi ad l. liberationes. 47. eod. d. l. 1. Qui satisd. cogant l. 7. De fidejussor. L. Titius. De Procur.*

R. 148. Absentia ejus qui Reipublicæ causæ abest, neque ei, neq; alij, damnosa esse debet.

Ergo nec reo, nec defensori.

Ratio. Quia justa absentia nemini nocet: *l. fin. De in integr. restit. l. sed & si. Ex quib. caus. maj. l. quia. C. De procur. Bart. in l. absentem. De pœnis.* & quæ Reipublicæ causa ab omnibus excusat. *Cuiac. Ad l. 8. De Excusat.* Ratio, ut promptiores reddantur homines ad impedendam operam suam pro utilitate publica, cum de privata nihil eis decedat. Publica quidem & communis præferenda *l. 3. C. De primipil. lib. X. L. 4. C. Qui potiores.* tamen & privatorum habenda ratio, & adjuvandi, qui reipublicæ gratia absunt. *l. legatis cum d. sed & si. eod. tot. tit. C. De restit. milit. §. rursus. 5. I. De Action.*

Pro-

Procedit si in omittendo fuit læsio, non verò si in committendo. *l. videlicet.* 29. *Ex quib. caus. maj. l. quæ à patre C. De restit. milit. & Perez ad h. tit.*

R. 101. Ubi Lex duorum mensium facit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imp. Antoninus cum Divo Patre suo rescripsit.

Ratio. Quia menses dierum numero sunt dispares, cum alij XXX, alij XXXI. habeant diem. Et dies termini, non computatur in termino, *tex. l.* 1. *si quis caut. Gloss. hic.* Quare reus qui LXI. comparuit, audiendus est.

Procedit in mensibus continuis, qui termino XXX, vel XXXI. dierum præfiniuntur. Sed non in mensibus utilibus, qui limitatos dies non habent, & quandoque tres menses continuos occupant. *Dec. hic post Abx. Exempla in l. si venditor 28 & l. quod si nolit.* 31. *§. si quid ita. De edilit. edict. in l. ult. C. De temp. appell. & in l. penul. C. de fidejussor.*

Cap. IV.

DE ACTIONIBUS.

R. 15. Is qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur.

RAtio. Quia jus civile voluit certos esse modos, non solùm adquirendi rerum dominia, sed etiam conservandi tuendiqueres adquisitas. *l. ult. De LL.*

Procedit in omnibus actionibus tam in rem, quàm in personam: *per l. id apud se. 143. De V. S. l. bonorum. 49. eod.* nimirum repræsentativè, non re ipsâ. Quia si veritatem spectamus, dicendum est cum

R. 204. Minus est actionem habere, quam rem.

Ratio. Quia secundum proverbium: multa cadunt inter calicem, supremaque labra: cum multa accidere possint, & sæpè soleant, ut quis actionem habeat, rem na-

tamen non consequatur, ob incertos litium eventus. *l. quod debetur. De peoul. Sturt. n.* 11. *Matth. n.* 15.

Habetur quidem quod peti potest, sed impropriè loquendo, *ceu ad l. aliud est 71. De V. S. dixi. ex d. l. 143. eod.* Sicut & in bonis nostris esse videtur, quod in actionibus, petitionibus, persecutionibus, est. *d. l. bonorum. & ibi Gædd. & l. rem in bonis 52. De acq. rer. dom.*

Procedit igitur non secundum ipsam rei veritatem, sed secundum quandam juris interpretationem & fictionem.

Obs. Quod verbum *videtur* importat similitudinem aliquam, sed non identitatem. *l. 1. §. dejecisse De vi & vi arm. L. quod Nerva. Depos. l. 1. Quod jussu. & ad has Gloss. cum Interpp.* nec enim simile, est idem formaliter, sed in effectu & ratione. *l. qui liberis. ubi Bald. De vulg. & pupil. substit.*

R. 27. vers. **Actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tum cum**

 inchoa-

inchoatur actio inter eos convenit.

Explicatur ex dictis ad hujus Reg. vers. Obligationum causæ &c. & ad Reg. 23. vers. Hæc servabitur, &c. supra Clas. 2. cap. 12.

R. 49. Alterius circumventio, alij non præbet actionem.

Ratio. Quemadmodum delicta propria meliorem adferre conditionem non possunt. R. 177. Sic nec alteri actionem dolus alienus. Nam quod alicui suo nomine non licet, nec alieno licebit. *c. quod alteri. 67. h. t. in 6.* Addatur, quod in illicitis, non videmur consentire. *arg. l. si pater. Quæ in fraud. credit. & l. proc. vers. quod indebitum. De cond. indeb.* Confirmatur exemplo servi *per l. quod servus. 24. De acq. pos.* Socij *per l. cum duobus. in fi. cum l. seq. Pro soc.* procuratoris. *per l. 4. §. illa etiam. De Dol. except.*

Obs. Quod una via prohibitum, non est alia permittendum. *l. feminis De procur. c. prohibentur. 2. q. 1. cap. Tuæ. De procur. cap. cum quid una 84. & ibi Dyn. h. t. in 6.*

R. 177.

R. 177. §. fin. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Est supra cap. 19. *C.* 2.

Excusatur igitur actor, si petat; non aliter ac reus, si neget. *R. qui in alterius.* 42. *R. non possunt.* 99. *De quibus supra locis suis.* utrique enim patrocinatur ignorantia.

R. 43. §. 1. Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, unâ quis experiri debet.

Intelligitur de actionibus rei persecutorijs ex una ac eadem causa & obligatione descendentibus, quarum unâ electâ perimitur altera: quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur. *R. Bona fides.* 57. *& ibi Giph.* n. 4. *Fachin. lib.* 8. *contr. c.* 6. Exempla societatis illustrari potest. *V. L. pro Socio.* 38. §. 1. *Pro soc.*

Procedit ergo in rei persecutorijs, non in pœnalibus, aut mixtis. *DD. ad* §. 16. *I. De Action. & de concursu actionum. Cujac.* 8. *obs.* 24. *V. Gabriel.* 2. *De Act.* 1, *&* 2.

R. 78. Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non possit, considerandum est.

Ratio. Quia restituere in Pauliana plenissimè accipitur, *prout dixi ad l. plùs est. 22. De V. S.* Ideo adversarius ad omne emolumentum tenetur. *A Collib. post Rober. lib. 1. animad. c. 15.* etiam ad fructus percipiendos, si fuerit prædo. *per l. domum. C. De rei vind. l. si navis. 62. §. 1. D. eod. l. ait prætor. §. per hanc actionem. Quæ in fraud. credit. Cuiac. 5. Obs. 21. vult. 1. Discept. 20.*

R. 134. Non fraudantur creditores &c.

R. 145. Nemo videtur fraudare &c.

Sunt supra cap. 19. Clas. 2. inde petantur.

R. 130. Numquam actiones præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit.

Concordat. tex. l. Si Quadrup. paup. fecisi in fi. Ratio.

Ratio est: quia prout quis deliquit, ita puniri debet, §. *item lex Jul. De vi pub. I. De publ. judic.* cum pœna sit commensuranda delicto. *l. sancimus. C. De Pœn.*

Procedit si actiones ex pluribus factis & delictis descendunt. V. g. Si quis eundem hominem surripuerit, surreptum verberaverit, & dein occiderit: hic actione furti injuriarum, & legis Aquiliæ efficaciter conveniri potest. *l. 2. De privat. delict. l. 27. Ad leg. Aquil. Matth. hic.* Non procedit, si ex uno facto & delicto proveniant: quia non debet quis duplici pœna ex eodem delicto puniri *l. sanctio legum. De pœn.* nisi quid in altera pluris sit. V. g. Si quis rem rapuerit, & furti, & vi bonorum raptorum tenetur. *l. 1. de vi bon. rapt. A Collib. hic.*

R. 154. *ff.* fi. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

Ratio. Quia nemini datur actio, nisi honesta ex causa *l. 76. in fi. De Jur.* Itaque pœnam petere non debet, aut potest, qui illi factus est obnoxius. *c. Frustra*

actione furti, si primo agatur commodati, deinde furti. neutra alteri præjudicat: quia una rem & id quod interest, altera pœnam prosequitur: Quapropter non attenta imparitate summæ, quæ prior cæpta est, prior finitur, *l. ante penult. Commod. l. fin. C. De furt. & Serv. corrupt.*

Procedit quod major præferatur minori non solum in civilibus, sed etiam in criminalibus. *V. Perez ad tit. C. De ordin. judicior.*

R. 57. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

Concordat. c. Bona fides. 83. eod. in 6.

Ratio. Quia est contra æquitatem: *l. 1. C. De furt.* cùm solutione ejus quod debetur, omnis obligatio, tollatur. *tit. I. in pr. Quib. mod. toll. oblig.* Illustratur exemplo duorum correorum debendi, quorum alter solverit. *§. ex hujusmodi. I. De duob. reis.* Item Legatarij, qui pendente conditione, æstimationem legati consecutus est. *l. 3. §. condemnatio. De tab. exhib.*

Procedit si res eadem bis petatur ex eadem causa. Non, si ex diversis obligationibus: nam singulæ causæ præstant singulas solutiones. *l. fundum Cornelianum De Novat.*

R, 22. §. 1. Generaliter ubicunque in bonæ fidei judicijs, in arbitrium domini vel procuratoris, ejus conditio confertur, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

Ratio. Exigit enim bona fides tale præstari arbitrium, quale viro bono convenit. *l. si vi lege. Locat. L. hac venditio. De contr. empt.* Arbitrium autem boni viri est quod in rebus suis quis faceret, vel quod vellet sibi fieri ab alijs. *Bart. in l. 1. De Solut. legi possunt, quæ attigi ad l. illa verba. 63. De V. S.* Itaque dominus vel procurator æquitatem & bonam fidem præ oculis habebunt, & secundum cujusque rei naturam æstimabunt, quemadmodum satisfieri oporteat. *§. preterea. 31. I. De Act.*

Pro-

Procedit non solùm in bonæ fidei contractibus (in stricti juris, tum demum, si arbitrium ipsorum contrahentium electum sit. *l.* 3. *C. De dot. promiss. l.* 30. *De oper. liber. l.* 69. *de jur dot.*) Sed etiam in ultimis voluntatibus. *l.* 1. §. 1. *De Leg.* 2 *l. si filia.* 43. *De Leg.* 3. *Matth. hic. Bron. cen* 2. *ass.* 50. & 48. *cen.* 4.

R. 110. In eo quod plus est &c.

Est supra c. 22. *Clas.* 2.

R. 186. Nihil peti ante tempus &c.

Est supra c. 20. *d. Clas.*

Ubi videantur: &

Obs. Plus quatuor modis peti: re, tempore, loco, & caussa. §. *Si quis agens.* 30. *I. De Action. & ibi Interpp.*

R. 173. In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur: non totum, quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

Ratio humanitatis id postulat. Personæ illæ sunt ferè, socius, parens, patro-

nus.

nus, patrona, liberique eorum & parentes, maritus de dote, donator. Quæ ita conveniuntur, ut salva eis sint, quæ ad alimenta pertinent, he. ad victum & amictum, habitâ ratione status cujusque & conditionis. *l. sunt qui cum tribb. seqq. De judic. l. inter eos. §. 1. De re jud. l. si extraneus De jure. & dixi ad l. verbo victus 43. De V. S. §. 37. & 38. I. de Action.*

Procedit in omnibus actionum speciebus, hanc limitationem recipientibus *quarum citt. LL. & Interpp. dd. §§.* In aliis actionibus regulariter solidum persequimur. *arg. pr. I. eod.*

R. 28 Divus Pius rescripsit, eos qui ex libertate conveniuntur, in id quod facere possunt, condemnandos.

Ratio. Ne donator ex sua liberalitate inops fiat. *l. ne liberalitate De re jud.* cùm ingratitudinem sapiat severè & rigidè cum eo agere eâ actione, qua beneficium prosequimur. *l. & exher. 46. cum l. seq. sol. Bachov. ad §. sed & si quis. 35. I. De Action.*

Pro-

Procedit in donatione simplici, quæ ex merâ liberalitate procedit: non etiam in donatione, quæ fit ob causam, aut remuneratoriam, in quibus solidum quod petitur, præstandum est. *l. hoc jure. §. Labeo. & §. fi. De Donat. l. sed & si. §. consuluit. De pet. hered. Jason. l. eod. n. 8. Cuiac. 1. Obs. 17.*

R. 149. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Ratio. Quia qui commoda sentit, etiam incommoda experiri debet. *d. R. secundum. 10. h. t.* Comprobatur exemplis. Quod jussu patris dominive contractum fuerit, vel in rem ejus versum, directò à patre dominove condicitur, *t. I. Quod cum eo qui in alie. pot.* Heredes servare tenentur, nec infringere queunt, quæ defunctus contrahendo fecit. *l. cùm à matre. C. De rei vind. l. 17. De evict. l. Pomponius. 13. §. cum quis. De acq. poss.*

Procedit tam in universalibus, quàm in singularibus successoribus. Limitatur ceu supra c. 11. Clas. 1.

R. 93. Filiusfam. neque retinere &c.
Est supra Clas. 1. cap. 4. inspiciatur.

Quamvis olim quicquid adquirebat filius, patri adquirebatur, & ipsius ex contractu obligabatur: quia videbatur tacitè consensisse, & permisisse negotiationem, concedendo peculij administrationem, *l. si quis. 44. De pecul.* attamen

R. 58. Ex pœnalibus non solet in patrem de peculio actio dari.

Ratio. Quia in concessâ administratione & mandato, quamvis generali, nunquam delictum aut illicitum continetur. *l. si procurator. § Celsus. De cond. indeb.* Quare si filius damnum dederit, aut injuriam intulerit, ipse pro suo delicto convenitur ad pœnam. *§. fi. I. De nox. act. l. 1. Si filiusfam. de his qui dejec.* Et si propter ejus delictum publicentur bona, peculium tamen publicatum non censetur. *l. 3. C. De bon. proscript. & ibi Perez. qui rationem reddit. n. 12. cum duob. seqq.*

Procedit regulariter, nisi pater sit inde locupletior. *l. 3. §. ex furtiva, 12. De Pecul.*

Pecul. vel consenscecit, ut officium publicum administraret, in quò malè versatus est. *l.* 2. *ad Municipal.* aut filius in judicio conventus & condemnatus fuerit. *d. l.* 3. *§. idem scribit. junctâ l. tam ex contractibus.* 57. *De Judic.*

R. 156. §. 2. Cum quis in alicujus locum &c.

Est supra c. fi. Clas. 1. *& Ratio in R.* 143. *eod. ibi leg.*

R. 38. Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, si quid ex eâ ad eum pervenisset.

R. 111. §. 1. In heredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptórum, injuriarum.

Ratio harum Regularum est. Quod quemadmodum justum est, ex defuncti delicto heredem non teneri; quia pœna suum auctorem excedere non debet: *l. crimen. De pœnis. l. sancimus. C. eod.* ita

quoque

R. 44. Toties in heredem actionem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex ſuo.

R. 127. Cum Prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit: ſufficit, ſi vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.

Procedit in dolo in delictis commiſſo, ut in quantum ad eum (etiamſi vel momento temporis tantùm) pervenerit teneatur, & efficaciter conveniri poſſit. *l. videamus. Quod. met. cau.* Ratio eſt in d. R. 38. Ex ſuo delicto, in ſolidum convenitur: quia pœna ſuum comitatur auctorem. *l. non idem. de accuſ. & inſcript. l. quod in herede. §. fi. de trib. act. l. 1. §. rectiſſimè de vi & vi arm.*

Ex delicto defuncti in contractibus commiſſo, in ſolidum tenetur, ut apertus eſt textus ſeqq.

R. 152. §. 3. In contractibus, quibus doli præstatio, vel bona fides inest, heres in solidum tenetur. &

R. 157. §. 2. In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantùm in id, quod pervenit: verùm etiam in solidum tenentur; hoc est, unusquisque pro ea parte, qua heres est.

Ratio est, quia contractus ad rem familiarem pertinet, & ad universum jus hereditatis, *l. si hominem. Depos. l. ex contractibus.* 49. *De O. & A. l. si fideicommissum.* 50. §. 1. *De Jud.* Secus est autem in delictis, quia non jus versatur in illis, sed factum. *l. pen. de damn. infect.* *Matth. in d. R.* 38. *Bron. d. cen.* 4. *ass.* 36.

CAP. V.

CAP. V.

DE EXCEPTIONIBUS ET REPLICATIONIBUS.

R. 156. §. 1. Cui damus actiones, eidem & exceptiones competere multo magis quis dixerit.

Concordat. c. Qui ad agendum. eod.

RAtio. Quia favorabilior est exceptio, quàm actio; & defensio, quam impugnatio, *arg. R. 125. l. scientiam. in fi. Ad leg. Aquil. l. absentem. De poen.* Exceptio autem generaliter sumpta nihil aliud est, quàm necessaria defensio. *l. 9. &* 11. *C. de except.* Addatur, quod cui licet, quod plus est, sc. agere; illi licere debet quod minus, sc. excipere. *c. cui licet. eod.*

Procedit, nisi diversa sit ratio actionis & exceptionis: ut in judiciis recuperandæ possessionis. *l. 25. C. Loc. L. 1. C. si per vim. l. 7. C. De vi publ. l. si coloni C. De agric. & cens. lib. XI.*

R. 43. Ne-

R. 152. §. 3. In contractibus, quibus doli præstatio, vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur. &

R. 157. §. 2. In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tantùm in id, quod pervenit: verùm etiam in ſolidum tenentur; hoc eſt, unuſquiſque pro ea parte, qua heres eſt.

Ratio eſt, quia contractus ad rem familiarem pertinet, & ad univerſum jus hereditatis, *l. ſi hominem. Depoſ. l. ex contractibus.* 49. *De O. & A. l. ſi fideicommiſſum.* 50. §. 1. *De Jud.* Secus eſt autem in delictis, quia non jus verſatur in illis, ſed factum. *l. pen. de damn. infect.* *Matth. in d. R.* 38. *Bron. d. cen.* 4. *aſſ.* 36.

CAP. V.

Cap. V.

DE EXCEPTIONIBUS ET REPLICATIONIBUS.

R. 156. §. 1. Cui damus actiones, eidem & exceptiones competere multo magis quis dixerit.

Concordat. c. Qui ad agendum. eod.

RAtio. Quia favorabilior est exceptio, quàm actio; & defensio, quam impugnatio, *arg. R. 125. l. scientiam. in fi. Ad leg. Aquil. l. absentem. De poen.* Exceptio autem generaliter sumpta nihil aliud est, quàm necessaria defensio. *l. 9. & 11. C. de except.* Addatur, quod cui licet, quod plus est, sc. agere; illi licere debet quod minus, sc. excipere. *c. cui licet. eod.*

Procedit, nisi diversa sit ratio actionis & exceptionis: ut in judicijs recuperandæ possessionis. *l. 25. C. Loc. L. 1. C. si per vim. l. 7. C. De vi publ. l. si coloni C. De arig. & cens. lib. XI.*

R. 43. Ne-

R. 43. Nemo ex his qui negant se debere prohibetur etiam alia defensione uti nisi Lex impedit.

Concordat. c. nullus pluribus in 6. eod. & l. nemo prohibetur. De except.

Ratio. Quia jure naturali nemini auferri debet legitima sui defensio, *l. ut vim. De I. & I. l. 1. §. cum arietes. Si quadr. paup. fecis. dic. Dec. hic & Dyn. ad d. c. in addit.*

Procedit nisi lex obstet, ut in pœnam mendacij. *pateat ex l. fi. C. De compens. Auth. contra C. De non num. pec. Auth. Item possessor. C. Qui pot. in pign. §. fi. I. De fideicom. hered.* aut alia de causa, quarum plures A Collib. hic. *V. Zoes. De exceptinoib. num. 30. cum seqq.*

R. 143: Quod ipsis &c. Est supra cap. ult. Clas. I.

R. 186. Nihil peti &c. Est etiam supra cap. 20. Clas. II. ibi videantur.

R. 112. Nihil interest ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur,

Ratio.

Ratio. Quia paria sunt, non habere actionem; vel eam habere, quæ propter exceptionem est sine fructu. Opponitur enim abs reo exceptio ad actionem excludendam aut differendam *l. 2. & 5. De except. l. 11. C. eod. §. 3. & seqq. I. eod. l. si unus. §. pactus. & ibi Bart. de pact.* Illustratur exemplo debitoris. *prout supra d. R. 66. Marcellus. cap. 9. Clas. I.* Item petitoris, de quo

R. 15. Non videtur cæpisse, qui per exceptionem removetur à petitione.

Ratio. Quia non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. *c. non præstat. in 6. h. t. l. si dari stipuler. De V. O. L. 2. junctis seqq. De opt. legat.* Unde qui cursum inchoatæ præscriptionis interrupturus erat contestatione litis, si exceptione repulsus est, nihil agit. *Dec. hic. n. 8.* Illuc quoque facit

R. 51. Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

Ratio. Quia aliud est capere, aliud accipere: nam capere cum effectu accipitur. Accipere & si quis non accepit, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erit restituturus. *tex. l. aliud. 71. De V. S.* Unde quæ legata in testamento rursus adempta aut deleta, ea Legatarij cepisse non intelliguntur. *l. 3. §. non solum. De adim. legat. l. 1. De his quæ in test. del.* Consonat

R. 115. §. 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoveri.

Ratio. Qui capere propriè accipitur.

Procedit cùm agitur de exceptione propria, & respectu principalis petitionis: *quemadmodum Dec. in d. R. 13. n. 5. & 7.*

R. 177. §. 1. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Est sub praeced. cap. & videatur sub c. 19. Cl. 2.

Igno-

Ignorantia excusat, scientia non item. Quò

R. 173. ∫.). Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

Concordat. c. dolo. 69. h. t. in 6.

Ratio. Quia mera est malitia, id petere, quod ipse dare, aut facere debes: & qui sic agit, actionem calumniosam intendit. *l. dolus. Mand.* Malitiæ autem occurrendum est, non indulgendum. *L. in fundo De rei vind.* Ideo Lex illum esse in dolo præsumit. *l. hoc dolo. & ibi Angel. de except. dol. & ad t. 1. eod.*

Procedit hæc exceptio doli, non solum quando restitutio fieri debet ei, à quo petitur immediatè; sed etiam si mediatè. *l. si fecer. §. Lucius. Solut. matr. l. si donationis. §. si quis. De cond. ob cau. & utrobiq; Bart. & Jason.* Item si fieri debeat, non solùm in continenti; sed etiam ex intervallo. *l. 1. C. De rei ux. act. l. apud Calsum. §. apud Julianum. De Dol. except.* Exceptio hujus regulæ datur in sequenti

R. 19. §. 1. Non solet doli exceptio nocere ijs, quibus voluntas testatoris non refragatur.

Aliàs qui petit, quod elidi exceptione potest, is doli mali exceptione submovetur, *l. 2. §. generaliter De except. dol.* Contrarium tamen observatur in illis, de quibus testator expressè quidem non disposuit, veruntamen nec fieri vetuit: hic enim heres agendo doli non insimulatur, *Dec. hic.*

R. 154. vers. Nequè datur talis replicatio petitori: Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.

Ratio. Quia, ut Marcellus ait, adversus doli exceptionem, non datur replicatio doli. Labeo quoque in eadem opinione est. ait enim iniquum esse, communem malitiam petitori quidem præmio esse, rei verò cum quo ageretur, pœnæ esse: cum longè æquum sit, ex eo quod perfidè gestum est, actorem nihil consequi. *tex. l. 4. §. Marcellus. 13. De dol. mal. & met. except.*

R. 116. Nihil consensui tam contrarium est, (& qui bonæ fidei judicia sustinet) quàm vis, atque metus: quem probare, contra bonos mores est.

Ratio. Quia consensus debet esse liber, qualis non est, per vim aut metum elicius. Genus servitutis est, coacta libertas. *Quintil.* 7. *Declam.* Cogit pavor eum cui accidit. *Arist.* 2. *Ethic.* & consilium excutit. *Plut. de virt. & fort.* Ab omni proinde vi ac metu abstinendum. *arg. l.* 1. *Quod vi aut clam. l.* 1. *quod met. cau. l.* 1. *C. De rescind. vend l.* 3. *De contr. empt.* Sic gesta solent esse irrita & reprobata. *to. d. tit. Quod. met. & t. C. de his quæ vi met. cau. l.* 1. *cum seqq. De restit. In integr.*

Procedit si metus justus sit, & vis atrox; quæ non in pusillanimum, sed in constantem cadere virum queant. *l. metum. l. isti quidem. Quod met. l.* 3. *Ex qua cau. maj. l. interpositas. C. De transact. l.* 4. *C. De his quæ vi met. cau.* Se-

cus est, si levis metus aut vis, in quibus vindicat sibi locum

R. 184. Vani timoris justa excusatio non est.

Nec ulla æstimatio *l. si quis.* 13. *De re jud.* Quare metus reverentialis non præbet sufficientem excusationem, si solus sit, ac nullo prorsus adminiculo juvetur. *V. Zoes. ad t. Quod met. cau. n.* 2 *&* *per l. si pater. De ritu nupt.*

Obs. Quod metus non ponit actum ipso jure irritum. Quia (*sunt verba tex. in l. si mulier.* 21. *§. pen. eod.*) quamvis si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui. Et appositè D. August. De Spir. & anim. Invitus qui facit, etiam voluntate fecisse videtur. Quare communiter colligunt Interpp. Coactam voluntatem esse voluntatem, & de rigore juris producere obligationem. *Zoes. ibid. n.* 3. *cum subseqq. in quibus objectionibus satisfacit.*

R. 42. Qui in alterius locum succedunt, justam habent caussam ignorantiæ, an id quod petitur, debeatur.

Ratio,

Ratio. Facti enim alieni ignorantia regulariter presumitur. *l. verius. De probat.* Et cum probabilis sit, damnosa esse non debet. *l. fi. Pro suo. l. Si mulier. Ad S. C. Vell.* Unde notarunt Bart. *in l. ad diem, & l. cum filius. § in hac. De V. O.* & Dyn. *in R. cum quis in 6. h. n. t.* ex tali ignorantia dari heredi restitutio si solverit: sin autem ob eam non solverit, nec esse in mora, nec ad usuras, nec ad expensas teneri. Quippe moram facere non videtur, qui ex justæ ignorantiæ caussâ ad judicium provocat. *l. si quis solutioni De Usur. l. quod te. & l. qui sine dolo. Si cert. pet.*

Procedit si agatur de damno heredis vitando, non autem si de lucro captando. *l. in summa. §. si servum. De cond. ind. & ibi Gloss. per tex. §. res legata vers. si vero. I. De legat. Videatur hic Dec. qui facti speciem proponit.*

R. 110. §. 4. Mulieribus tunc succurrendum est, cùm defraudantur, non ut faciliùs calumnientur.

Ratio. Simplicitas est infirmitas feminarum auxilium meretur, non earum caliditas: quare deceptis, non decipientibus jura subveniunt. *l. 2. §. 1. Ad SC. Vell.* Unde si patiantur bona sua, tanquam mariti propria per eundem obligari, non juvantur. *l. si sine voluntate. C. eod.* nec etiam, si per se & pro se contrahant, emant, aut conducant. *l. si adversarius. C. eod.*

CAP. VI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

R. 86. Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quàm si non, sed plerumque melior.

R. 87. Nemo in prosequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Deniqúe post litem contestatam heredi quoqúe prospiciter, & heres tenetur ex omnibus caussis.

Cum

CUm litis contestatio sit judicij fundamentum dilatorijs exceptionibus non propositis viam præcludit. *l. ult. C. De except.* usucapionem interrumpit. *l. nec bona C. De longi temp præscript.* actiones temporales facit perpetuas, & in heredes transmittit. *l. nl. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Cuiac. 18. Obs. 26. & 29.* & pœnales ex delictis contra reorum coheredes in solidum, quæ alioquinon nisi in quantum pervenisset ad eos, competerent. *l. un. C. De delict. defunct. Perez. ad h. c. Cod. in fi. §. 1. I. de perpet. & temp. action. & ibi Comment.* Quare

R. 139. Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt: semel inclusæ judicio, salvæ permanent. Et

Procedit in omnibus actionibus, quæ quocunque temporis articulo extinguuntur.

Ratio est, quod per litis contestationem quasi contrahitur, & colligigantes se & in id tacitè obligant, quod judicis sententia constituetur: quæ obligatio,

 quia

quia ex contractu venit, civilis & perpetua est.

Obs. Part. *plerumque* in d. R. 86. quæ innuit conditionem actoris fieri interdum deteriorem per litis contestationem; quia potestatem mutandi libellum, variandique actionem, actori aufert. *d. l. si quis stipulatus. De V. O. l. edita. cum DD. C. de edend.*

CAP. VII.

DE OFFICIO JUDICIS.

R. 170. Factum à judice, quod ad ejus officium non pertinet, ratum non est.

Concordat. c. ea quæ, 26. eod. in 6.

RAtio. Quia jurisdictionis base sublatâ, corruit officium, quod subsistere sine illa nequit. Paria sunt, quod quis non sit judex; vel quod sit, sed non pertinentia ad officium suum faciat: neutro enim casu sustinetur, quod agit. Cum limitata causa, effectum habeat limi-

mitatum. *arg.* §. 1. *l. Qui test. tuto.* & §. 3. *l. De milit. testa.*

Quare officium si excedat suum, nomen judicis non meretur, & tanquam privatus habetur. *c. forus.* §. *judex. De V. S. Glos. R. non videtur.* 127. §. *qui jussu h. t.*

Procedit, quandò constat, spectare ad illius officium, quæ facta sunt: secùs, quando non constat. *l. pen. De l.* & *l. L. præses. De Judic. Dyn. ad d. c. ea quæ.* Etenim pro judice stat præsumptio, quod ut vir bonus, quæcunque ex justa & vera caussa faciat. *l.* 2. *C. de offic. civil. judic. Novell.* 60. *in pr.* Pertinentia autem ad restrictionem hujus præsumptionis Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 8. & 9. *Gabriel. com. opin. tit. De sent. concl.*

R. 71. Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.

Ratio. Quia ubi plena cognitio requiritur, semi plena non sufficit. *Gothofr.*

Procedit distinguendo inter causas juris-

risdictionis contentiosæ, & voluntariæ. In illis, quia solemnia judiciorum observantur, ideo per simplicem petitionem & supplicem libellum expediri non possunt. *l. 3. §. Si caussa. De bonor. possess. l. jubemus. C. De judic.* In istis, quia sine figura judicij proceditur, ideò simpliciter. expediri possunt. *l. libertus. 15. De in jus voc. l. 3. §. sciendum. 9. Ad exhib. l. 9. §. De plano. De offic. procon.*

R. 34. Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus &c. Videatur supra cap. 23. Clas. 2.

R. 195. Expressa nocent, non expressa non nocent.

Et è contra. Nec semper verum illud vulgatum: quod tacti & expressi sit par virtus. *l. cum quòd. Si cert. pet.* Ratio regulæ ex subjecta materia petatur.

Expressa nocent, quæ tacitè intellecta non item. Sic juramentum calumniæ expresse remissum, vitiat processum, tacitè non utique, *l. 2. §. sed quia. C. de juramen. calumn.* Sic actus legitimos conditio vitiat expressa, non item tacita. *d. R. Actus legitimi.*

Ex-

Expressa prosunt, non expressa nocent. Sic quicquid adstringendæ obligationis caussa dictum, nisi palam verbis exprimatur, omissum intelligitur. *l. 99. De V. O.* Sic expressa mentio de priore obligatione novanda prodest, non autem subintellecta. *l fi. C. De novat. §. præterea I. Quib. mod. toll. oblig.*

R. 10. Secundum naturam &c. Est superius 16. & 11. cap. 2. Clas.

R. 33. In eo quod vel is, qui petit, vel is à quo petitur lucri facturus est, durior caussa est petitoris.

Ratio. Quia in pari caussa possessor potior haberi debet. *R. In pari.* 128, *hic cum R. nemo.* 126. §. 2. Cum de lucro duorum quæritur, melior est caussa possidentis. *Videri queunt, quæ ad has supra cap. 7. Clas. I.* Et facit, quod favorabilior reus potius, quàm actor habetur. *d. R. Favorabiliores.* 125. *&* *c. cum sunt.* 11. *eod. in 6.*

Procedit tum in causa lucrativa, tum etiam in onerosa: *patet ex l. quotiens. C.*

De rei vind. l. sive autem. §. si duobus. De publ. in rem act. l. si debitor. De pignor. l. 1. §. 1. De Sal. interd. Sic & hæc sequens

R. 98. Quotiens utriusque caussa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus in lucro causa tempore præcedit.

Ratio. Quia prior tempore, potior jure. *c. qui prior 54. h. t. in 6. d. l. quotiens.* Et qui habet primum esse, debet habere primum frui, & primum gaudere, ut loquitur Jason *Consil. 132. l. 2.* Sunt enim priora posterioribus precisiora. *Dio. Halic. 1. Antiq. Rom.* Hæ in lucrativis.

Quæ in possessione petantur ex d. R. 128. R. 154. & alijs suprà explicitis.

Quæ in obscuris, dubijs, ac alijs in fine II. Clas. enarratis, ibi inspiciantur.

Cæterùm etsi in decisione causarum æquitatis potius, quàm juris stricti ratio habenda sit; tamen illius prætextu à sensu legum non est recedendum: cùm Judicis sit legem sequi, non mutare. *§. 1. I. De off. jud. l. 8. C. De Judic. Auth. Jubemus, C. eod. l. 23. De LL.* Apposite

sitè D. Aug. c. 3. *Dist.* 4. Postquam leges latæ sunt, non de ipsis, sed secundum ipsas judicandum. *jungatur Bron. cent.* 1. *assert.* 7. His igitur sententia conformabitur. Sed observetur.

R. 37. Nemo qui condemnare potest, absolvere non potest.

Ratio. Cui enim conceditur quod majus est, non debet denegari, quod minus est. R. *non debet.* 22. *hic. c. cui licet.* 58. *eod. in* 6. Ergo benè, qui potestatem habet damnandi, habebit etiam absolvendi: & è contra. *l.* 3. *De re vind. l. Solent. De offic. procon.* Nam correlativorum eadem est natura. Confirmatur illius exemplo, cui commissa est simpliciter cognitio caussæ; is enim nec condemnare, nec absolvere potest. *d. l. Solent.*

Procedit communiter, nisi potestas damnandi sit impedita, puta ob privilegium personarum. *l. quoties.* §. *adeo. C. Ubi Senator.* aut aliem ob causam.

R. 21. Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere.

Ratio.

Ratio. Quia in eo quod plus est, minus inest. *d. R.* 110. Illustratur exemplo judicis. *uti praeced. Reg.* Item illius, qui in persona puniri, multò magis in bonis potest. *l. in servorum. De poen.* Et è contra

Obs. Quod cui minus non licet, nec majus licet. *l. si quando C. De inoffic. test.* Sic à minoribus honoribus prohibitus, majores non petit. *c. poenale* 14. *q.* 5. Et qui domum conducere, multò minus emere. *l.* 5. *De Serv. export. V. Everhard. in loc. argumentor.* 15. & 16.

In condemnatione quarundam personarum, quomodo se gerere Judex debeat ostendunt R. 28. Divus Pius. & R. 173. In condemnatione, quae habentur cap. 4. istius Clas. & inde si lubet repetantur, amatae brevitatis gratia.

Cap. VIII.

DE RE JUDICATA.

R. 207. Res judicata pro veritate accipitur.

Ratio. Fit hoc propter publicam judiciorum auctoritatem, & ut sit aliquis

quis litium finis: nec refert, benè an malè judicatum sit: cùm judiciorum authoritas ad se juris præsumptionem rapiat, adeò ut non amplius quæratur, de jure actoris, vel rei, sed de eo dumtaxat, quod judicatum est: cui standum citra instaurationem. *l. pen. C. De re judic. l. 1. C. De cond. indeb. l. 2. C. De compens. Glos. in l. si non sortem. §. hereditatis. D. eod.* quæ dicit, sententiam de indebito facere debitum. Et vulgò: judices facere, de non jure, jus: & de non ente, ens: & de nigro candidum.

Procedit regulariter. Hinc infertur: sententiam latam contra rem judicatam, non valere. *l. 1. C. Quand. provoc. no. est.* Quemadmodum, nec principis rescriptum, contra rem judicatam impetratum. *l. fi. C. de sent. rescind. no. pos. l. causas. C. De transact.* Limitatur si sententia sit ipso jure nulla, vel si expressè rei judicatæ renuntiatum. *l. 2. C. Quand. provoc. l. jurisgentium. §. si paciscar. De pact. V. hic Dec. & Ferrar.*

Obs. Quod sententia contra absentem & contumacem indefensum lata, auctorita-

ritatem rei judicatæ non habet respectu ejusdem, non verò reliquorum. *l. qui repudiantis. §. fi. De inoff. testa. l. si pro lusorio. § fi. De apell.*

Ratio, quod præsentibus omnibus, quorum caussa vertitur, judicare oportet: alioquin tantùm inter præsentes tenet judicatum: *l. de unoquoq;. 47. De re jud. l. 2. C. Quib. res judic. no. noc.* sive causa sit civilis, sive criminalis. *V. Perez ad modò d. t. C. & Zoes. in t. De re jud. n. 127. cum subjunctis.*

CAP. IX.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

R. 109. Nullum crimen patitur, &c. Concordat.

R. 50. Culpa caret &c. Legantur sub cap. 18. Classis II.

SCientia subinde nocet, subinde non nocet. E. g. Nocet scienti & non prohibenti domino cum possit, cujus servus noxam committit: tenetur enim in inte-

integrum litis totius æstimationem, nec servum noxæ dedere potest: *l. 2. De noxal. action.* Non nocet scienti, qui prohibere non potest: nam à dolo, & omni culpa excusatur. Itaque casu dominus tantum noxaliter tenetur, non in solidum. *l. 4. eod.*

Procedit communiter, & in omnibus qui possunt & tenentur prohibere *Bar. & Bal. circa d. l. 2.* & in famulis & ministris nostris: nam ab illis factum, nobis imputatur. *Fac. l. si servus servum. §. Proculus. Ad Leg. Aquil. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. De ope. nov. nun.*

R. 4. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.

Est supra c. 4. C. I. videantur quæ ibi, & in c. præced. 3. ead. Hi tamen si deliquerint, equidem puniuntur, sed cum aliqua mitigatione pœnæ. Sic qui mandato illius precibusve cui obtemperare necesse habent, in levioribus excusantur à pœna. *l. 7. §. 4. De Jurisdict. d. R. 167. §. 1. h. t.* in atrocioribus nequaquam *l.*

sed

sed si. §. si jussu. De injur. d. R. 157. Sed pœna mitigatur. *Tiraq. De pœn. mit. cau. 34. Menoch. lib. 2. arb. cas. 354. n. 2. cum seqq. argum. h. R. 4.*

R. 152 §. 2. In maleficio ratihabitio, mandato comparatur.

De ista æquiparatione supra c. 16. C. 2. circa fin. ac item c. 28. eod.

Et obligatur ratificans sive consensu tacito, sive expresso verbis aut facto delictum adprobaverit. *Mascard. conclus. 1413. n. 22. Decian. lib. 9. cap. 38.*

R. 97. Ea sola deportationis Sententia aufert, quæ ad Fiscum pertinent.

Ratio. Quia ad illum ea tantum bona depertatorum deferuntur, quæ deducto ære alieno creditoribus supersunt. Nam Fiscus præjudicium facere creditoribus non potest. Ac in cujusque bonis id esse intelligitur, quod alieno ære deducto superest. *l. non possunt. De Jur. fisc. & attigi in fi. ad l. princeps. 21. De V. S.*

Sed hæc ita jure veteri, aliud est de jure novo. *Auth. bona C. de Bon. proscriptor. Novell. 13. c. ult.* R. 152.

R. 152. Hoc jure utimur, ut quicquid omnino per vim fiat, id aut vis publicæ, aut privatæ crimen incidat.

Vis alia est publica, quæ cum armis committitur. *to. tit. D. & C. Ad leg. Jul. de vi publ.* Alia privata, quæ sine armis fit. *to. tit. D. Ad leg. Jul. de vi privat. De utraque Comment. ad §. 8. I. De pub. jud. Cujac. lib. 5. sent. tit. 26. lib. 6. Obs. 4. & lib. 10. c. 10. Decian. lib. 8. crimin. cap. 1. Robert. lib. 3. sent. c. 20. & 22. Menoch. 2. arb. 394. & de recuper. posses. remed. 1. n. 2.*

Itaque cum de vi disputatio incidit, de alterutra intelligetur: sed in dubio, de privata. *l. præses. De pœn.* Nam in pœnalibus benignior est interpretatio facienda. *R. Factum. 155. §. in pœnalibus. 2. de quo in proximo cap.* nimirum ut odia restringantur. *c. odia h. t. in 6.* rei potius absolvantur, quam condemnentur. *arg. d. l. Arrianus. De action.* & subjectis paratur. *arg. n. 8. c. 11*

R. 155.

R. 155. §. Non videtur vim facere, qui suo jure utitur.

Vis pro eo accepto, quod nullo jure fit, opponitur juri. *l. extat.* §. 1. *Quod metu. caus.* ergo benè, qui jure suo utitur, & legitimis medijs rem prosequitur, vim facere non intelligitur. *fac. R. nullus.* 55. *& R. nemo.* 151.

CAP. X.

DE POENIS MITIGANDIS.

R. 155 §. 2. In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

Concordat c. in pœnis. 49. *eod.*

RAtio. Quia ubi majus est periculum, ut in pœnis imponendis, ibi cautiùs est agendum. *c. ubi periculum. De elect. in* 6. & melius est nocentem absolvere, quàm innocentem damnare. *l. absentem. De pœn.* & propter misericordiam reprehendi, quàm propter severitatem. *c. obligant.* 26. *q.* 7.

Pro-

Procedit in facto, quia ad illud haud extenditur constitutio pœnalis *Bal. in l. cum proponas. C. de hered. inst. per tex. l. ex testamento. De cond. & demon.* Item accedente in contrarium præsumptione. *Alciat. reg. 3. præsumpt. 1. Menoch. 5. præs. 5.* Item in dubio. *Bal. in l. fi. C. quæ res. vend. no. pos. & in l. omnes. C. de dilat. lib. X. Menoch. eod. præs.* 49. & ut ait tex. in l. meritò. Pro Soc. In dubio ea capienda est interpretatio, ut ne quis præsumatur deliquisse. *Fac. d. R.* 192. *& R.* 66. *supra cap.* 21. *Cla.* 2. Rectè

R. 168. Rapienda est occasio quæ præbet benignius responsum.

Quia Leges ad clementiam potiùs, quàm ad acerbitatem compositæ sunt. *d. L. Arrianus. De Action.* & Deum in illa imitari oportet. *d. Novel.* 8. *cap.* 11. Hinc

R. 108. Ferè in omnibus pœnalibus judicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur.

Ætati, si talis, quâ quis non intelligit quid facit, *ceu supra dixi ad h. R. & ad R.* 111.

R. 111. *cap.* 27. *Clas. II. & V.* Tiraquell. *De pœn. temper. caus.* 7.

Imprudentiæ, si talis, quæ malitiam non habet, ut cum ex rusticitate, aut inconsideratè & temerariò quodam impetu delinquitur. *l. si quis id. De Jurisdict.* Quia imprudentiæ non affectatæ nulla pœna. *l. si fidejuss. Mand. §. sed utilitas' I. eod.* *Facere etiam possunt, quæ dixi ad l. fugitivus.* 225. *De V. S. V. præcit.* Tiraq. *cau.* 13.

Procedit in ignorantia justa ac probabili, non autem in affectata & supina: quæ scientiæ æquiparatur. *cap. eos. De temp. ordin. cap. inhibitio. §.* 1. *De claud. despons.* Tiraq. *ead. cau. n.* 22.

R.138 §.1 Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti æstimato.

Ratio. Quia tempus commissi delicti mensuram pœnæ determinat. *L.* 1. *De pœn.* quæ tractu temporis, nec augeri, nec minui potest. *l. aut facta. L. moris. §. ult. de pœn. l. qui injuria. de furt. l. statum. de Quæst. V. Cuiac.* 1. *Obs.* 37. *Robert.* 1. *Animad.* 6. Et hoc regulariter

ter procedit, nisi vel exasperetur pœna ob multiplicata delicta *d. l. aut facta l. capitalium. §. solent. De pœn. Auth. Sed novo jure, C. De serv. fugit.* Vel attenuetur ob diuturnitatem temporis. *l. si diutino. De pœn.* præsertim in illis qui in reatu fuerunt. *V. praall. Tiraq. caus.* 29.

CAP. XI.

DE POTESTATE GLADII.

R. 70. Nemo potest gladij potestatem sibi datam, vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre.

Ratio. Quia is demum eam mandare potest, qui eam suo jure, non alieno beneficio, habet. *l. more.* 5. *& ibi Gothofr. De jurisdict.* cùm more majorum receptum sit, ut merum impèrium (hoc est, gladij potestas. *l. sive jus. l. illicitas. §. 8. De offic. præsid. Zoes. De Jurisdict. n.* 15) quod lege datur, non possit transire in alium. *l. 1. §. 1. De offic. ejus*

cui mand. relegi possunt quæ dixi ad l. potestas. 215. De V. S. Illius enim fides & industria videtur electa, cui id nominatim conceditur. *l. un. §. 1. De offic. præf. prætor. l. si quid erit. De offic. proconf. l. 2. §. populo. De orig. jur.* & non aliter judicaturus esse creditur pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipsemet foret judicaturus, qui dedit competebat autem Principi, Præfecto Urbi, Præfecto Prætorio, Proconsuli & Præsidi Provinciæ. *l. 1. de offic. ejus cui mandatum. l. 2. De in jus Voran. L. si quid erit. De offic. Proconf.*

Obs. Non tantum jus vitæ & necis, sed nec alia hujus juris, ulli demandari aut delegari posse. *præcitt. LL. l. un. C. Ne sine jus. princ. cert. jud. li. l. inter artifices. De Solut. Zoes. ad eund. t. n. 51. & 52. Vult. I. De Mand. §. 2. n. 4. & 5. & ad l. 1. C. De Jurisdict. n. 80. Giphan. hic. n. 10.*

ANACEPHALÆOSIS TERTIÆ CLASSIS.

JUdicia propter personas & res constituta, privata sunt, vel publica. In qui-

quibus personæ principales, actor, reus, judex ; accessoriæ, procurator & defensor. Actiones proponit actor, exceptiones reus, ac lite contestatâ Judex cognoscit, & sic officio fungitur suo ut non excedat, condemnet vel absolvat, cujus sententia & res judicata pro veritate habetur.

Publica quod attinet judicia, quædam sunt capitalia, quædam non capitalia. Rapienda tamen occasio mitigandi pœnas habenti potestatem gladij, quam ad alium transferre non potest.

Et hæc de Actionibus, tertio Juris nostri objecto.

Finis III. Classis.




TABULA
REGULARUM ET PARAGRAPHORUM.

Indicat numerus primus Regulam, secundus Classem, & tertius caput.

1. in pr. Reg.
2. 3. 1.
§. 1. 3. 1.
3. 2. 6.
4. 1. 4. & 3. 9.
5. 1. 6. & 2. 9.
6. 1. 10. & 2. 6.
7. 1. 10.
8. 1. 1.
9. 2. 21.
10. 1. 11. & 2. 16.
11. 2. 13.
12. 2. 5.
13. 3. 5.
14. 2. 15.
15. 3. 4.
16. 2. 16.
17. 2. 5.
18. 2. 5.
19. 2. 9. & 15.
§. 1. 3. 5.
20. 1. 1.
21. 3. 7.
22. 1. 3. & 2. 9.
§. 1. 3. 4.
23. 2. 12. & 18.
24. 2. 20.
25. 2. 14.
26. 2. 9.
27. 2. 12.
28. 3. 4.
29. 2. 20.

30. I.

119. 2.



INITIA
REGULARUM, PARAGRAPHORUM, ET
versiculorum alphabeticè dispoſita.

A.

B.

C.

Cum

F.

G.

H.

I.

In eo

Nihil

§. 1. Non


O.

P.

ver. Per

Quo-

Si in



IN-

INDEX
RERUM ATQUE VERBORUM.

Primus numerus Classem, secundus Caput, tertius Regulam designat.

Perse-

Velle

Favoris

Na.

pro

Gra-

O 5 Fun-

Agna-

Fieri

Ac-

quò

Em-

Offi-

Sol-

Dubijs

Te-

Iu-

Diſſol-

P Actio.

Vide-

Dolus

Li-

FINIS.

ADMOTIO
REGULARUM
JURIS ANTIQUI,
IMPERIALIBUS INSTITUTIONIBUS
JUSTINIANI.

CUPIDIS LEGUM
Tyronibus Franciscus Guidottus.

OMnium Legalis Scientiæ interpretum commune effatum est. Tyrocinium Juris, non solum ab Institutionibus Justinianeis inchoandum esse; verùm etiam duos titulos Pandectarum postremos, vel statim subjungendos, vel conjunctim perdiscendos. Quam ob causam Claves Verborum *applicandas esse indicavi, & in præsenti* Uniones *etiam* Regularum, *ut quæ comperta facere ad molimina discentium, & ad eorum profectum, ante oculos & inter manus essent.*

